






Charles-Louis de Secondat
baron de la Brède et de
Montesquieu

LE TEMPLE
DE GNIDE.

LE TEMPLE
DE GNIDE
TRADUIT EN FRANÇOIS D'UN GREC MS.

Par Monf.r de Montefquieu.



A NAPLES CIↃ.IↃ.CCLXXXVI.
Chez Paul de Simon.
Avec permiffion.



. . . . Non murmura veſtra columbæ,
Brachia non hederæ, non vincant oſcula
conchæ.

Fragment d'un épithalame de l'empereur Gallien.



PRÉFACE
DU
TRADUCTEUR.

UN ambaſſadeur de France à la Porte ottomane, connu par ſon goût pour les lettres, ayant acheté pluſieurs manuſcrits grecs, il les porta en France. Quelques-uns de ces manuſcrits m'étant tombés entre les mains, j'y ai trouvé l'ouvrage dont je donne ici la traduction.

Peu d'auteurs grecs ſont venus juſqu'à nous, ſoit qu'ils aient péri dans la ruine des bibliothèques, ou par la négligence des familles qui les poſſédoient.

Nous recouvrons de temps en temps quelques pièces de ces tréſors. On a trouvé des ouvrages juſques dans les tombeaux de leurs auteurs; &, ce qui



eſt à peu près la même choſe, on a trouvé celui-ci parmi les livres d' un évêque grec.

On ne ſait ni le nom de l' auteur, ni le temps auquel il a vécu. Tout ce qu' on en peut dire, c' eſt qu' il n' eſt pas antérieur à Sapho, puiſqu' il en parle dans ſon ouvrage.

Quant à ma traduction, elle eſt fidelle. J' ai cru que les beautés qui n'étoient point dans mon auteur n'étoient point des beautés; & j'ai ſouvent quitté l' expreſſion la moins vive, pour prendre celle qui rendoit mieux ſa penſée.

J' ai été encouragé à cette traduction par le ſuccès qu' a eu celle du Taſſe. Celui qui l'a faite ne trouvera pas mauvais que je coure la même carrière que lui. Il s' y eſt diſtingué d' une manière à rien craindre de ceux - même à qui il a donné le plus d' émulation.

Ce petit roman eſt une eſpèce de tableau où l' on a peint, avec choix, les objets les plus agréables. Le public y a trouvé des idées riantes, une certaine magnificence dans les deſcriptions, & de la naïveté dans les ſentimens.

Il y a trouvé un caractère original,

qui a fait demander aux critiques quel en étoit le modèle ; ce qui devient un grand éloge, lorſque l' ouvrage n' eſt pas mépriſable d' ailleurs.

Quelques ſavans n'y ont point reconnu ce qu' ils appellent l'art. Il n' eſt point, diſent-ils, ſelon les règles. Mais ſi l' ouvrage a plu, vous verrez que le cœur ne leur a pas dit toutes les règles.

Un homme qui ſe mêle de traduire ne ſouffre point patiemment que l' on n' eſtime pas ſon auteur autant qu'il le fait, & j'avoue que ces meſſieurs m'ont mis dans une furieuſe colère : mais je les prie de laiſſer les jeunes gens juger d' un livre qui, en quelque langue qu'il ait été écrit, a certainement été fait pour eux. Je les prie de ne point les troubler dans leurs déciſions. Il n' y a que des têtes bien friſées & bien poudrées qui connoiſſent tout le mérite du Temple de Gnide.

A l' égard du beau ſexe, à qui je dois le peu de momens heureux que je puis compter dans ma vie, je ſouhaite, de tout mon cœur, que cet ouvrage puiſſe lui plaire. Je l' adore encore ; &, s' il n' eſt plus l'objet de mes occupations, il l' eſt de mes regrets.

Que ſi les gens graves déſiroient de

moi quelqu'ouvrage moins frivole, je suis en état de les satisfaire. Il y a trente ans que je travaille à un livre de douze pages, qui doit contenir tout ce que nous savons sur la métaphysique, la politique, & la morale, & tout ce que de grands auteurs ont oublié dans les volumes qu'ils ont donnés sur ces sciences-là.


TEMPLUM
GNIDI

LATINIS VERSIBUS REDDITUM

EX AUCTIORI GRÆCO MS.

AB ANONYMO

Adjecta mantissa, notulisque.



NEAPOLI CIƆ.IƆ.CCLXXXVI.

Ex typographia Simoniana.

Superiorum permissu.

Parthenope in ſcenam Gallus prodire, beatis
Gaudeat, heroo carmine, ab Elyſiis.

EXCELL. DOMINO

MUTIO CAJETÆ

DUCI S. NICOLAI

IMPERIALIS ORDINIS S. ALEXANDRI NEUSCKI

RUSSIÆ EQUITI

FERDINANDI IV. REGIS A CUBICULO PRÆTORI URBANO &c.



EMPLUM GNIDI, Clariſs. Monteſquii, an Gratiarum potius Opuſculum? ſane quam delicatiſſimum, nuper a Vi-

ro doctissimo, domesticum otium ut falleret, latinis versibus redditum, in lucem Excell. Dux, prodire gestit. Premendum profecto plures in annos festinatum opus Auctor censebat, ut tempus, ac lima, si qua aut incuria, aut ineluctabili humanæ naturæ vitio errata irrepsissent, emendaret; quis vero tot Amicis operis editionem efflagitatibus diutius restitisset? Parendum ergo fuit, atque obtorto licet collo in illorum sententiam eundum. Cogitanti autem mihi cujus potissimum sub auspiciis ederetur, quove se illud Patrono adversus procacem Momorum turbam defenderet, nemo Te dignior, nemo pro re nata opportunior occurrit. Quæ enim duo in Mæcenate maxime requiruntur, auctoritas nempe ad tuendum, doctrina ad intelligendum quæ dedices, si quopiam in alio, in Te certe maxima sunt. Tu enim quum sis vigilantissimus,
at-

atque acerrimus idem criminum vindex, potes, atque adeo ex officio debes, eorum, qui aliena sacrilego aut dente, aut manu contrectant, malitiam coercere; Templorumque in primis temeratores malo mactare. Quanta autem in Te penitioris philosophiæ, politiorumque litterarum scientia; quanta juris prudentia, in primisque linguarum peritia effulgeat, nemo unus est, qui ignoret. Ut enim cetera missa faciam, (nam genus, divitiasque Tibi cum multis communia nil moror) quis nescit, Te linguas pene omnes veteres, quæque nunc obtinent ita callere, ut nemo magis calleat patriam? Quis nescit, Te bimestri fere spatio, quod certe plus admirationis, quam fidei apud omnes habebit, ita Illyricam linguam, difficilem sane & salebrosam, ut quæ duobus supra quadraginta characteribus constat, addidicisse, ut illa pure & emen-

emendate loquereris, & ſcriberes eleganter? Hinc quum Te tot tantiſque animi virtutibus, tanto linguarum apparatu, ſcientiiſque pene omnibus præditum vidiſſet Auguſtiſs. Ferdinandus, icto cum Moſchis fœdere, Te unum meritiſſimo tot inter Proceres, ac Magnates, quem illuc mitteret Legatum, ſelegit. Cujus quidem legationis munere dum fungereris, quantam dexteritate, fide, morum ſuavitate gratiam apud potentiſſimam Moſchorum Imperatricem ipſe inieris, quantam nomini Neapolitano conciliaris, ſat omnes norunt. Quæ quum eſſent, quid mirum, ſi Catharina, ſi Ferdinandus in Te ornando, remunerandoque certaſſe quodammodo inter ſeſe viſi fuerint? Te enim illa e Moſchovia, obito legationis munere, abeuntem omnibus benevolentiæ, amoriſque ſignificationibus proſequuta, in Imperialem equeſtrem Ordinem S. Alexandri adſcri-

ſcripſit: Hic illinc reducem benigno Te clementique, quo omnes ſolet, excipiens vultu, poſthabitis tot aliis Patriciis haud ceteroquin immerentibus, Urbanum hic Prætorem, majora mox daturus, renunciavit. Quo quidem in munere exercendo, quanta prudentiæ, vigilantiæque edideris ſpecimina in procuranda Urbis tranquillitate, averruncandiſque omne genus ſceleribus, in detegendis, diſperdendiſque facinoroſorum hominum conciliabulis, ipſa Parthenope teſtis eſt locupletiſſima. Te enim Prætore vigilantiſſimo, legumque cuſtode ſeveriſſimo, parva admodum reis occultandi, nulla detecti ſemel criminis redimendi ſpes unquam fuit; quum multa recte factis præmia, at multo plura, Te Vindice, ſceleribus hic immineant pericula.

Macte ergo tot animi dotibus, macte indefatigabili de omnibus benemerendi ſtudio eſto, Dux Excel-

cellentissime. At ne cui forte tam longa oratione palpum Tibi velle obtrudere videar, filum abrumpam, unum precatus, uti me, uti opellam hanc, qualis ea cunque sit, in tuam fidem recipias, atque adversus Satyricorum morsus tuearis: Sic Te Parthenopes, Reique litterarum publicæ bono diu sospitet Deus.

Neap. Kal. Jun. CIↃ.IↃ.CCLXXXVI.

Excellentiæ Tuæ

Devinctissimus Cliens
Paschalis Guida.



LECTORI BENEVOLO

P. G. S. D.

QUae me, *Lector amice, caussae impulerint potissimum, ut te utilioribus fortasse vacantem tantisper heic distinerem, paucis accipe. Clariss. Montesq. maximi Galliae ornamenti, totoque in Orbe notissimi opera quum legissem, sane acerrimum, atque ad omnia natum Viri ingenium satis demirari nunquam potui. Qui enim modo grandia ac gravia sublimi gravique stilo tractaverat in laboriosissimo opere, cui titulus* Spiritus legum, *adeo se delicatulum venustulumque repente prodit in Opusculo, cui lemma* Templum Gnidi, *ut illum in Attica natum, Musisque, ac Venere lactatum diceres. Hinc merito quod tibi sisto opusculum, semper numeris omnibus absolutum poëmation visum est erudi-*

tis.

tis. Quamvis enim prorsa oratione scriptum sit; tanta tamen rerum varietas, tanta imaginum ac similitudinum vis; tanta in verbis venustas, in sententiis concinnitas; tanta denique divinioris ubique mentis, ac numine afflatæ signa in illo elucent, merito ut perfectissimi poëmatis nomen mereatur. Neque novum profecto, aut insolens, prorsâ scribi poëmata. Quis Senecæ Apocolocyntbosin; quis Fenelonis Telemachum; quis Famiani Momum; Marii Tragicomœdiam; Heliodori historiam de amoribus Theagenis, & Charicleæ; quis Juliani Cæsares, festivissimum opus; quis denique tot errantium Equitum fabellas præla in dies fatigantes ignorat? quæ quidem vera esse poëmata, nemo sanæ mentis iverit inficias.

Verum ne quid omnino in illo desideraretur, latinis versibus reddendi, Latiumque tanto munere ditandi incessit animum cupido. Quæ quum in dies glisceret magis magisque; cobiberi amplius haud potuit, quum duo priores ejusdem poematis cantus ab Auctore, quem adhuc detegere non datum, sed supra quam dici potest eleganter in latinos versus translatos legi. Atque hoc sane desiderium in immensum crevit, quum bene longa mantissa, quam pul-

pulcrarum recensioni uti suo loco subtexendam, in tertii cantus calcem rejiciendam duxi, meas in manus pervenit. Si quis eam unde habuerim, quaesierit, reponere cum Seneca licebit: Quis nolentem respondere cogere potest? liber enim natus, si respondere libuerit, quicquid in buccam venerit, respondebo. Quis unquam ab Auctore jurato res exegit? Si necesse sit Auctorem producere, producam testem Proculum, qui Romulum, & qui Drusillam in Cælum euntes viderunt. Sed ut rem ipsam, uti se habet, ita ingenue eloquar, idem ille Moschoviticæ classis Præfectus Ossur, veterum monumentorum sedulus conquisitor, qui Leucadiam quum prætervcheretur, Phaoniadem in Sapphus monumento invenit, hanc quoque ibidem sese reperisse per litteras sæpe testatus est. Quod eo fit verosimilius, quum Sappho, quæ floruit Tarquinio Prisco Romæ regnante, synchrona fuerit hujusce Poëmatis Auctori; intervenit enim in Gnidio de forma palma inter puellas certamine cum Themiri ab illo adamata. Observare hic obiter liceat Poetæ anachronismum, quum ait, intervenisse etiam Orianem cum Candaule Viro, Lydiæ Rege, qui ultra centum annos ante vixerunt: Res ceteroquin non insolens Poetis: quis Virgilia-

lianum de Didone, & Ænea nescit? Illa ab nobilissimo doctissimoque Viro, cui nescio quo fato obtigit, in Italos hymnos tam venuste concinneque translata est, ut Musæ ipsæ, Charitesque melius quicquam facere haud potuissent: Hæc, quum græcum ipsum autographum impetrare nullus potuerim, in gallicum versa idioma mihi missa, sed adeo male a Moscho, ut indignam putaverim prælis committi contra latinam versionem, uti factum in textu Montesq.; dignissimam tamen, quæ in hexametrum versum transferretur.

Ceteris ergo posthabitis operi manus admovere cæpi; sed statim operis ipsius difficultatem, humerosque tanto forsan oneri impares sensi. Quanquam & ipse

..... Fonte labra prolui caballino,
Atque in bicipiti somniasse Parnasso
Memini .....

tunc præsertim temporis, quum instituendis Rhetoricæ præceptis, humanioribusque litteris in Regio Echiæ Ephebeo nobilissimis adolescentibus vacarem; at mihi nunc e Phœbi signis trasfugæ, pulvereasque fori semitas iratis Diis sequi coacto non bene cum Musis ocium, vacuumque curis animum postulantibus convenit. His ita habentibus quid facerem? inceptumne desererem?

lubenter equidem, si fuisset integrum, fecissem; sed eo res processerant, ut turpe omnino esset desistere.

Ad Virum igitur doctissimum, atque in latina poësi prae ceteris exercitatissimum confugi, eumque, ut provinciam hanc quamvis duram ipse capesseret, rogavi. Primo ille abnuere, ut servile opus; quod tamen non dedignatus Cic. in traduct. Hom., atque Arat., cujus adhuc extant fragmenta: dein aetate, atque institutae vitae ratione sese excusare; repetitis iterum atque iterum usque ad importuni notam precibus, sperabam, quae ejus humanitas, ac singularis in me benevolentia est, manus illum tandem daturum; sed omnia frustra fuere: lectis potissimum duobus prioribus cantibus tam bene feliciterque translatis, periculosae plenum opus aleae censebat, ita sese posse rem peragere, sua ut prae illis non sordescerent: quae quidem est hominis minime de suo ingenio sentientis moderatio longe a Paedagogi fastu, ac supercilio. Atque ea occasione Solimeni responsum mihi narravit. Hic rogatus, ut Templi Triadis fornicem terraemotu lapsum iterum depingeret, quinquies H. S. petiit: hoc tamen ipsum pro dimidio, *inquit*, efficiam, si monstra illa (*quatuor Lanfranci Evangelistas mira*

arte prope depictos innuens) illinc abradantur . *Desperata igitur re æger animo domum me recipio consilium ex tempore capturus ; cum ecce tibi præter spem, atque expectationem nuntius ab ipso , se jam opus inceptasse , brevique ad umbilicum perductum . Quum enim diutino morbo correptus lecto decumberet in suburbano , ut ægritudinis tædium occupatione aliqua levaret , quod tot precibus induci nunquam potuit , ut faceret , sponte sua , tribus tamen sub conditionibus , facturum promisit . Prima , perpetuo ut ejus nomen sub sipario lateret , nec unquam in scenam prodiret ; turpe existimans , in vulgus jactari , Virum ingravescente ætate , sacramque militiam professum ejusmodi nugis , quæ vix , aut ne vix quidem juvenes deceant , immorari. Altera , ne ullis traductionis legibus servilem in modum obstringeretur , sed libere, quo vellet, excurrere divagarique ei liceret . Tertia , ut suæ traductioni præfigerentur hæc carmina , quæ mira felicitate ex tempore dictavit .*

Sint Medici longe , Chirurgi longius ægro ;
Fons sacer est lento sola medela malo .
Sint Musæ comites cum Phœbo dulce canentes , In-

Inflantesque gravem, dulcisonamque
tubam.
At male post dulcem streperus ca-
nit anser olorem,
Et post heroam tenuis avena tu-
bam.
Humanum capiti corpus quis junget
equino,
E pario pubi marmore crura luto?
Vecta Tyro assuitur vili male purpura
panno,
Vili adamas plumbo quam male
junctus erit!
Ex apro & porca sic nascitur Hy-
brida, culto
E Græco vel quem dura Scythissa
parit.

Quis tam æquas conditiones recusaret? In hæc igitur datis, acceptisque conditionibus, utrinque conventum.

Utrum ego promissis steterim, Viri doctissimi, viteque integerrimi nomen, quoad ejus fieri potuit, occulendo; utrum ille, quod suum erat præstiterit, tute potes judicare. Certe vir cum primis eruditus multas variis in locis quasi gemmas opus ipsum mirum in modum illustrantes addidit. Sed ut cetera omittam, quis fecundissimi ingenii vim non demiretur, ubi corruptos Syba-

baritarum mores, ingluviem, mollitiemque sigillatim notat? Nec rogatus quasi pro fenore alterum Amoris dormientis *poëmation traduxit, in quo æque feliciter, parique elegantia puerorum omne genus ludos tam graphice depingit, ut nihil supra. Tandem pro auctario adjecit integrum §. omissum in 1. cant. pag. 11. a primo Traductore, qui lethæum pocillum ebiberat forsan, quum ea verteret. Hisce autem omnibus, quæ meæ erant partes, nonnullæ marginales notulæ accessere, necubi tibi ingenium torquendi esset occasio.*

Habes, amice Lector, rem omnem; neque est, cur te pluribus morer: unum tamen te oratum velim, ut si quid humani heic passi fuerimus, nostro de te bene merendi studio remittas lubens. Interea lege, & Vale.

Ocia

Ocia sic fallit, lustris bis octo peractis,
Quem Musæ nondum destituere Senem.



LE TEMPLE
DE GNIDE.



PREMIER CHANT.

VENUS préfere le séjour de Gnide à celui de Paphos & d'Amathonte. Elle ne descend point de l'Olympe sans venir parmi les Gnidiens. Elle a tellement accoutumé ce peuple heureux à sa vue, qu'il ne sent plus cette horreur sacrée qu'inspire la présence des dieux. Quelquefois elle se couvre d'un nuage, & on la reconnoît à l'odeur divine qui sort de ses cheveux parfumés d'ambroisie.

La ville est au milieu d'une contrée sur laquelle les dieux ont versé leurs bienfaits à pleines mains : on y jouit d'un printemps éternel ; la terre, heureusement fertile, y prévient tous les sou-



TEMPLUM GNIDI.

CANTUS PRIMUS.

DELICIÆ Veneris GNIDUS; hos Cytherea recessus
Eligit; & Gnidios, Amathunte Paphoque relictis,
Diva petens, populis sese felicibus infert.
Non timor hos, non ille quatit quem numina Divûm
Visa ferunt aliis horror: sed sæpe reviso
Ore Deæ, assuetis amor & fiducia crescunt.
Sæpe levi nebula tegitur, patet abdita, roris
Divini suaves sparsim dum fundit odores.

Urbs splendore nitens mediis se tollit in arvis:
Arva tegunt fruges; & copia munere Divûm
Largâ fusa manu, segetes intacta colonis
Rura ferunt; surgit votis prior aurea messis.

fouhaits; les troupeaux y paiffent fans nombre; les vents femblent n'y régner que pour répandre par-tout l'efprit des fleurs; les oifeaux y chantent fans ceffe; vous diriez que les bois font harmonieux; les ruiffeaux murmurent dans les plaines; une chaleur douce fait tout éclorre; l'air ne s'y refpire qu'avec la volupté.

Auprès de la ville, eft le palais de Vénus. Vulcain lui-même en a bati les fondemens; il travailla pour fon infidelle quand il voulut lui faire oublier le cruel affront qu'il lui fit devant les dieux.

Il me feroit impoffible de donner une idée des charmes de ce palais; il n'y a que les Graces qui puiffent décrire les chofes qu'elles ont faites. L'or, l'azur, les rubis, les diamans y brillent de toutes parts.... Mais j'en peins les richeffes & non pas les beautés.

Les jardins en font enchantés: Flore & Pomone en ont pris foin; leurs nymphes les cultivent. Les fruits y renaiffent fous la main qui les cueille; les fleurs fuccedent aux fruits. Quand Vénus s'y promene, entourée de fes Gnidiennes, vous diriez que, dans leurs jeux folâtres, elles vont détruire ces jardins dé-

Mille greges nivei persultant gramina: dulces
Exuvias florum diffundens aura Favoni
Spargit, & æterni spirat nova balsama Veris:
Musica vox avium silvas, & murmura campos
Lympharum variis implent concentibus: ortum
Ienta Cupidinei facilem dat flamma caloris
Naturis, & nata fovet regina Voluptas.
Proxima stant Veneri sacrata palatia. Sponsæ
Condidit infidæ jam tandem uxorius altas
Mulciber hîc arces, quo Divûm ante ora pudoris
Munere pacaret læsi crudelia damna.
Quæ Charites fecère, ipsæ exornata lepore
Verborum proprio solæ depingere nôrunt.
Aurea flammiferi nident fulgore pyropi
Atria, scintillis adamas micat undique sparsis
Igneus, & radio lucet stellante smaragdus.
Dives opum locus; at rerum pulcherrimus ordo
Divitias superat. Quæ gratia, quanta venustas
Hortorum! Pomona suos hîc alma labores
Artibus adjunxit Floræ; nec tradita Nymphæ
Ulla colunt alacres potiori munia curâ.
Nec mora, decerptis soboles nova fructibus ortu
Succedit miro, foliisque sequacibus ultro
Venturi subeunt flores primordia pomi.
Dum cingunt Venerem Gnidii, si ludicra blandis
Saltibus, & genio volitans vaga turba soluto,
Festivos agitat lusus, periisse videtur
Turbati lacerum ruris decus omne; sed omnis

délicieux : mais, par une vertu ſecrette, tout ſe répare en un inſtant.

Vénus aime à voir les danſes naïves des filles de Gnide. Ses nymphes ſe confondent avec elles. La déeſſe prend part à leurs jeux ; elle ſe depouille de ſa majeſté ; aſſiſe au milieu d'elles, elle voit régner dans leurs cœurs la joie & l'innocence.

On découvre de loin une grande prairie, toute parée de l'émail des fleurs. Le berger vient les cueillir avec ſa bergere ; mais celle qu'elle a trouvée eſt toujours la plus belle, & il croit que Flore l'a faite exprès.

Le fleuve Céphée arroſe cette prairie, & y fait mille détours. Il arréte les bergeres fugitives : il faut qu'elles donnent le tendre baiſer qu'elles avoient promis.

Lorſque les nymphes approchent de ſes bords, il s'arréte ; & ſes flots qui fuyoient, trouvent des flots qui ne fuient

plus.

Confestim rediens mirâ virtute resurgit
Florum priscus honos, omnisque repullulat arbos.
Ingenuos spectare choros, agilesque puellis
Commixtas Gnidiis inter colludere nymphas
Cœlicolûm fugiens pompam Dea mitis Amorum
Gaudet; & innocuo corda exultantia lusu
Læta videt, placidæque adstat jucunda cohorti.
Haud procul irrigui pandunt se florea ruris
Prata. Rosas Corydon legit hìc cum Phyllide pastor,
Hìc molles carpit violas: formosior illa est
Semper, & hanc Floræ specioso munere partam
Esse putat Corydon carpsit quam candida Phyllis.
Diffusos torquens per mollia prata canales,
Mille moras curvo Cepheus qui labitur amne
Virginibus teneri promissum pignus amoris,
Oscula si renuant, oblato flumine nectit,
Et celer adversas fugientibus objicit undas.
Tardat aquas refluus, stantes in margine nymphas
Ut videt; immotos venientia flumina fluctus
Tangunt, pacato lentus requiescit in alveo.

plus. Mais, lorſqu'une d'elles ſe baigne, il eſt plus amoureux encore : ſes eaux tournent autour d'elle; quelquefois il ſe ſouleve pour l'embraſſer mieux ; il l'enleve, il fuit, il l'entraîne. Ses compagnes timides commencent à pleurer, mais il la ſoutient ſur ſes flots ; &, charmé d'un fardeau ſi cher, il la promene ſur ſa plaine liquide ; enfin, déſeſpéré de la quitter, il la porte lentement ſur le rivage, & conſole ſes compagnes.

A côté de la prairie, eſt un bois de myrthes, dont les routes ſont mille détours. Les amans y viennent ſe conter leurs peines : l'Amour, qui les amuſe, les conduit par des routes toujours plus ſecrettes.

Non loin de-là eſt un bois antique & ſacré, où le jour n'entre qu'à peine : des chênes, qui ſemblent immortels, portent au ciel une tête qui ſe dérobe aux yeux. On y ſent une frayeur religieuſe : vous diriez que c'étoit la demeure des dieux, lorſque les hommes n'étoient pas encore ſortis de la terre.

Quand on a trouvé la lumiere du jour, on monte une petite colline, ſur laquelle eſt le temple de Vénus : l'univers n'a rien de plus ſaint ni de plus ſacré que ce lieu.

At tenerum puris cum proluit una fluentis
Corpus, in amplexus renovato plenus amore
Surgit, & immersam lymphis circumfluus ambit:
It, fugit: elatis vehitur dum rapta fluentis
Præda, pavent timidæ comites: simul omnibus undis
Gratum tollit onus, per amœna fluenta volutam
Detinet; & gremio versans dum serpit ad oram
Quam mallet tenuisse refert: sic reddita lætas
Adveniens tandem solatur nympha sorores.
Cingit odorata campum densissima myrto
Silva. Per ambages sinuoso tramite flexas
Sollicitі curas animi narratis, amantes.
Ducit Amor; ductos secreta in devia sensim
Fallit, & illectos semper novus implicat error.
Est sacer & nulli, silvam prope, pervius astro
Lucus: vivaces reverenda cacumina quercus
Nubibus & cœlo capita immortalia condunt:
Hic sancto percussa metu trepidantia corda
Et nemus obfuscum & tenebrosa silentia terrent;
Has sedes nondum terrâ mortalibus imâ
Crediderim egressis cœtum coluisse Deorum.
Quà datur externas penetrare ad luminis auras
Conspicui Veneris Templum tenet ardua collis;
Purius hoc toto nihil est, nec sanctius orbe.

Ce fut dans ce temple que Vénus vit pour la premiere fois, Adonis: le poison coula au cœur de la déesse. Quoi! dit-elle, j'aimerois un mortel! Hélas! je sens que je l'adore. Qu'on ne m'adresse plus de vœux: il n'y a plus à Gnide d'autre dieu qu'Adonis.

Ce fut dans ce lieu qu'elle appella les Amours, lorsque, piquée d'un défi téméraire, elle les consulta. Elle étoit en doute si elle s'exposeroit nue aux regards du berger troyen. Elle cacha sa ceinture sous ses cheveux; ses nymphes la parfumerent; elle monta sur son char traîné par des cygnes, & arriva dans la Phrygie. Le berger balançoit entre Junon & Pallas; il la vit, & ses regards errerent & moururent: la pomme d'or tomba aux pieds de la déesse: il voulut parler, & son désordre décida.

Ce fut dans ce temple que la jeune Psyché vint avec sa mere, lorsque l'Amour, qui voloit autour des lambris dorés, fut surpris lui-même par un de ses regards. Il sentit tous les maux qu'il fait souffrir. C'est ainsi, dit-il, que je blesse! Je ne puis soutenir mon arc ni mes fleches. Il tomba sur le sein de Psyché. Ah! dit-il, je commence à sentir que je suis le dieu des plaisirs.

Lorf-

Formosum Venus hic aspexit Adonida primùm;
Capta simul lapsi vires in corda veneni
Sensit, &, Heu nostros quisquam mortalis amores
Suscitet! exclamat. Sed nostro dignus amore,
Ah! nimium dignusque coli formosus Adonis.
Nulla meas, Gnidii, posthac effundite ad aras
Vota; sit ille Deus, sit vobis numen Adonis.
Hic primo Psichen florentem vere juventæ
Cum matre invenit, Templi laquearia circum
Aurea dum volitat, telisque potentibus ictus
Imperium formæ sensit victricis, amore
Victus Amor. Tales, inquit, si nostra dolores
Spicula dant, humeris quid tam crudelia nostris
Spicula, quorsum arcus, cur noxia tela geruntur?
Molle sed in gremium Psiches ubi decidit, alis
Lapsus Amor tremulis: Et nos, exclamat, habemus
Regna voluptatum, subjectaque gaudia nobis.

Lorſqu'on entre dans ce temple, on ſent dans le cœur un charme ſecret, qu'il eſt impoſſible d'exprimer : l'ame eſt ſaiſie de ces raviſſemens que les dieux ne ſentent eux-mêmes que lorſqu'ils ſont dans la demeure céleſte.

Tout ce que la Nature a de riant eſt joint à tout ce que l'art a pu imaginer de plus noble & de plus digne des dieux.

Une main, ſans doute immortelle, l'a par-tout orné de peintures qui ſemblent reſpirer. On y voit la naiſſance de Vénus ; le raviſſement des dieux qui la virent ; ſon embarras de ſe voir toute nue ; & cette pudeur, qui eſt la premiere des graces.

On y voit les amours de Mars & de la déeſſe. Le peintre a repréſenté le dieu ſur ſon char, fier & même terri-

Continuo ingressis sacrati limina Templi
Illecebræ captas mirâ dulcedine mentes
Suaviter accingunt : tales reor esse Deorum
Blanditias, festosque dies felicis Olympi.
Hic decus, hic Veneres, hic circum Dædala rident
Munera Naturæ : doctamque imitata magistram
Ars dedit eximios operum, ingeniosa, labores.
Divûm aliquis liquidos vitam simulare colores
Hic docuit, variosque modos & lucis & umbræ
Miscuit, & pictas jussit spirare figuras.
Nata Venus, fluctuque recens egressa marino,
Cæruleis nitidum spumis caput exerit; illam
Vultibus attonitis miratur turba Deorum
Læta; rubetque, palam quod possit nuda videri
Diva, gerens pulchro, summum decus, ore pudorem.
Hic paribus raptos flammis Martemque, Deamque
Pinxit, & amborum teneros conjunxit amores
Docta manus. Curru Mavors sedet arduus alto
Terrificos volvens oculos: comitatur euntem
Cir-

ble: la Renommée vole autour de lui; la Peur & la Mort marchent devant ses coursiers couverts d'écume; il entre dans la mêlée, & une poussiere épaisse commence à le dérober. D'un autre côté, on le voit couché languissamment sur un lit de roses; il sourit à Vénus: vous ne le reconnoissez qu'à quelques traits divins, qui restent encore. Les Plaisirs font des guirlandes dont ils lient les deux amans: leurs yeux semblent se confondre; ils soupirent, &, attentifs l'un à l'autre, ils ne regardent pas les Amours qui se jouent autour d'eux.

Il y a un appartement séparé, où le peintre a représenté les noces de Vénus & de Vulcain: toute la cour céleste y est assemblée. Le dieu paroît moins sombre, mais aussi pensif qu'à l'ordinaire. La déesse regarde d'un air froid la joie commune; elle lui donne négli-

gem-

Circum Fama volans ; gressu Mors dira, Pavorque
Pallidus, ante ruunt celeri : spumantibus ipse
Inflat equis ; tandem media in certamina raptum
Pulvereæ involvunt nebulæ ferventis arenæ.
Post resupinus humi dejectis viribus idem
Languet ; & in roseo reficit dum membra cubili,
Subridet Veneri : cœlestis signa nitoris
Pauca videntur adhuc, vix signa notantia Martem.
Te, Gradive ferox, & te mitissima, nectit
Unus Amor, Cytherea ; legunt redolentia vobis
Serta Voluptates, & florea vincula blandæ
Molliter injiciunt : suspiria funditis alto
Pectore vos, oculique tremunt confusaque membra.
Ille suæ Veneri, Marti solatia præbet
Illa suo. Risu festivo ludit Amorum
Circumfusa cohors : non hos movet omnis Amorum
Turba ; sed intenti sese & sua gaudia curant.
Parte alià solers Veneris connubia pictor,
Et te conjunctum vinclo, Vulcane, jugali
Apposuit : magni circum chorus omnis Olympi
Adstat. Lætitiam per conjugis ora fluentem
Insuetam aspiceres, finem quoque sortis opacæ
Idem exhorrescit ; dubioque timore trementem

Cer-

gemment une main, qui ſemble ſe dérober; elle retire de deſſus lui des regards qui portent à peine, & ſe tourne du côté des Graces.

Dans un autre tableau, on voit Junon qui fait la cérémonie du mariage. Vénus prend la coupe, pour jurer à Vulcain une fidélité éternelle: les dieux ſourient, & Vulcain l'écoute avec plaiſir.

De l'autre côté, on voit le dieu impatient qui entraîne ſa divine épouſe: elle fait tant de réſiſtance, que l'on croiroit que c'eſt la fille de Cérès que Pluton va ravir, ſi l'œil qui voit Vénus pouvoit jamais ſe tromper.

Plus loin de-là, on le voit qui l'enleve pour l'emporter ſur le lit nuptial. Les dieux ſuivent en foule. La déeſſe

Cernis, & emoto nascentes pectore curas:
Diva exultantes immotâ mente catervas
Aspicit, & sponso dextram tamquam inscia tendit,
Nec visum patitur; fugitivo lumina motu
Errant, & Charites spectat conversa propinquas.
Pronuba solemnes Juno prope stans Hymenæos
Dirigit: insignem pateram Vulcania conjux
Haurit; & æternæ fidei incorrupta marito
Fœdera, nec flecti qui possit spondet, amorem.
Solvuntur Divûm furtivis risibus ora;
Vota animo gaudens, promissaque conjugis audit.
Mulciber, & tales avidâ bibit aure loquelas.
Mox furit Ignipotens rapidis ipse ignibus ardens,
Atque moræ impatiens sponsam trahit; illa trahentem
Passibus invitis sequitur: hanc esse putares
Avulsam Cereris natam in Plutonia regna,
Visa semel Veneris si fallere possit imago.
Aspicis in summo duros ut brachia circum
Vertit in amplexus, Divamque cupidine fervens
Tollit humo, elatam thalamo imposuisse laborans.
Avehit, & fugiens in amata cubilia portat.
Agmina cœlicolûm, vario ordine, longa sequuntur.

Illa

se débat, & veut échapper des bras qui la tiennent. Sa robe fuit ses genoux, la toile vole: mais Vulcain répare ce désordre, plus attentif à la cacher, qu' ardent à la ravir.

Enfin, on le voit qui vient de la poser sur le lit que l'Hymen a préparé: il l'enferme dans les rideaux; il croit l'y tenir pour jamais. La troupe importune se retire: il est charmé de la voir s'éloigner. Les déesses jouent entr' elles: mais les dieux paroissent tristes; & la tristesse de Mars a quelque chose d' aussi sombre que la noire jalousie.

Charmée de la magnificence de son temple, la déesse elle même y a voulu établir son culte; elle en a réglé les cérémonies, institué les fetes; & elle y est, en même-temps, la divinité & la prêtresse.

Le culte qu' on lui rend presque par toute la terre, est plutôt une profanation, qu'une religion. Elle a des temples où toutes les filles de la ville se

Illa manus multum cupiens vitare tenaces,
Mille modis flexum distorquet amabile corpus.
Jam niveas crurum vestis sublata columnas
Deserit, & volitans nudos ostendit honores;
Hos tegit, & studio sic se Vulcanus inani
Exercens, curas operi dat sedulus omnes.
Strata thoro tandem geniali includitur. Illam,
Heu! nimium fidens, tibi nunc in sæcula credis
Adjunctam stabili nodo, propriamque futuram.
Diffugiunt omnes, fugientes cernit amœno
Lumine. Lascivo, Divæ, spectacula risu
Ludicra; vos ingrata, Dei, atque exosa videtis.
Tu tamen ante alios tristi, Mars, saucia curâ
Pectora, ferventemque geris sub corde dolorem.
Hæ Veneri arrident ædes, ornataque luxu
Mœnia regali: sua jam delubra vocari
Hæc amat. Hîc precibus leges, normamque ferendis
Instituit, festosque dies, stabilitaque certo
Ritu jura; loci numen, templique sacerdos.
Vix ea sacra voces reliquum inconcinna per orbem
Quæ celebrant aliæ gentes, non illa decoræ
Religionis habent quicquam. Per templa puellæ

Con-

proſtituent en ſon honneur, & ſe font une dot des profits de leur dévotion. Elle en a où chaque femme mariée va, une fois en ſa vie, ſe donner à celui qui la choiſit, & jette dans le ſanctuaire l'argent qu'elle a reçu. Il y en a d'autres où les courtiſanes de tous les pays, plus honorées que les matrônes, vont porter leurs offrandes. Il y en a, enfin, où les hommes ſe font eunuques, & s'habillent en femmes, pour ſervir dans le ſanctuaire, conſacrant à la déeſſe, & le ſexe qu'ils n'ont plus, & celui qu'ils ne peuvent pas avoir.

Mais elle a voulu que le peuple de Gnide eût un culte plus pur, & lui rendit des honneurs plus dignes d'elle. Là, les ſacrifices ſont des ſoupirs, & les offrandes un cœur tendre. Chaque amant adreſſe ſes vœux à ſa maîtreſſe, & Vénus les reçoit pour elle.

Par-tout où ſe trouve la beauté, on l'adore comme Vénus même : car la beauté eſt auſſi divine qu'elle.

Leurs cœurs amoureux viennent dans le temple ; ils vont embraſſer les autels de la Fidélité & de la Conſtance.

Ceux

Concubitu innuptæ turpi venalia fœdant
Corpora, & ex ipso dotem & sponsalia lucro
Accumulant. Nuptis etiam per templa vagari
Mos alibi, atque palam, quem dilexere, coacto
In venerem, placito semel indulgere furori:
Nec tamen illiciti sceleris mercede fruuntur,
Oblatumque imis condunt penetralibus aurum.
Invenies etiam templis ubi munera ferre,
Et licitum solis cultas meretricibus aras
Cingere: Matronis non hîc laus ulla pudicis,
Nullus honos, sancto reverentia nulla Pudori.
Necnon & (dictu horrendum) genitalia templis
Sæpe viri extirpant mediis excisa, togamque
Fœmineam induti sacra ad delubra ministrant.
Sic te, Diva, colit sexu viduatus utroque,
Et mutilus tibi jam nec vir, nec fœmina servit.
At Gnidiis tu sacra tuis, Venus alma, dedisti
Numine digna tuo, puroque nitentia cultu.
Victima sunt illic suspiria, donaque cordis
Oblatum teneri munus. Quæ spondet amicæ
Omnis amans, quæ vota facit, quæ mollia dicit
Verba, Venus charæ vice suscipit ipsa puellæ.
Qualis honos Veneri, talis reverentia formæ
Egregiæ: si diva Venus, cœlestis origo
(Forma ubi purpureo præstantior emicat ore)
Huic quoque, & hoc pariter credunt divinitus ortum.
Non illi infidum simulato pectus amore
In delubra ferunt; Fidei se ostendere priscæ
Audent, & Veri puris altaribus adstant.

Quos

Ceux qui font accablés des rigueurs d'une cruelle y viennent foupirer : ils fentent diminuer leurs tourmens : ils trouvent dans leur cœur la flatteufe efpérance.

La déeffe, qui a promis de faire le bonheur des vrais amans, le mefure toujours à leurs peines.

La jaloufie eft une paffion qu'on peut avoir, mais qu'on doit taire. On adore en fecret les caprices de fa maîtreffe, comme on adore les décrets des dieux, qui deviennent plus juftes, lorfqu'on ofe s'en plaindre.

On met au rang des faveurs divines, le feu, les tranfports de l'amour, & la fureur même; car, moins on eft maître de fon cœur, plus il eft à la déeffe.

Ceux qui n'ont point donné leur cœur font des profanes, qui ne peuvent pas entrer dans le temple : ils adreffent de

loin

Quos nimium crudelis Amor, quos angit Amica
Sæva nimis, tristes mœsti per templa querelas
Hic fundunt: tanto effulget medicina dolori
Aurea spes, blandoque animos solamine mulcet.
Vos, quibus haud fictis cor ignibus ardet, acerbum
Si quondam sensistis onus, nunc æqua dolori
Gaudia, nunc fido Dea quæ promisit amori
Sentitis, nec vos promisso eludit inani.
Læsa Fides quem non cruciat? Sed mente latentes
Iras, & tacitum prodest celare dolorem.
Quis decreta Deûm cœlo enascentia culpet?
Quis dominam, si mente levis mutatur in horas,
Incusare ausit culpæ? aspicienda silenti
Si qua sunt cultu vanâ insectère querelâ,
Ex ipsis fiunt justissima damna querelis.
Munera sunt cœli flammæ, quibus ardet Amoris
Ignea vis, Furiæ, captæque insania mentis:
Et quanto sibi quisque minus moderamina cordis
Vindicat ipse sui, tanto tibi, Diva, tuoque
Cor magis imperio jungis, captumque gubernas;
Impia queis nunquam generoso pectora amore
Exarsere, Deæ non his delubra profano
Commaculare licet voto, nec limina templi
Sacra ineunt; sed vota procul, longèque remoti

Emit-

loin leurs vœux à la déesse, & lui demandent de les délivrer de cette liberté, qui n'est qu'une impuissance de former des desirs.

La déesse inspire aux filles de la modestie : cette qualité charmante donne un nouveau prix à tous les trésors qu'elle cache.

Mais jamais, dans ces lieux fortunés, elles n'ont rougi d'une passion sincere, d'un sentiment naïf, d'un aveu tendre.

Le cœur fixe toujours lui-même le moment auquel il doit se rendre : mais c'est une profanation de se rendre sans aimer.

L'Amour est attentif à la félicité des Gnidiens, il choisit les traits dont il les blesse. Lorsqu'il voit une amante affligée, accablée des rigueurs d'un amant, il prend une fleche trempée dans les eaux du fleuve d'Oubli. Quand il voit deux amans qui commencent à s'aimer, il tire sans cesse sur eux de nouveaux traits. Quand il en voit dont l'amour s'affoiblit, il le fait soudain

re-

Emittunt, Divamque rogant, ut inertia mentis
Otia tranquillæ nimium sibi, jamque perosum
Libertatis onus tollens patienter, amico
Auferat auxilio, torpentem ubi nulla cupido,
Nullus amor mentem, non afficit ulla voluptas.
Inspirat castis verecundum Diva pudorem
Virginibus, quas ipsa tegit Verecundia, rebus
Pondera dans, opibus pretium latitantibus addit.
Non tamen his virgo faustis in sedibus unquam
Erubuit, puri quod vim pateretur Amoris;
Nec puduit licitos ignes quandoque benigno
Ingenuosque animi motus sermone fateri.
Constituit sibi quisque diem, retinacula cordis
Solvere quo deceat: qui tangi nescit amore,
Huic edura nefas retinacula solvere cordis.
Vos fovet, ô Gnidii, gens fortunata, Cupido:
Vos si lædat Amor, quales in corda sagittas
Emittat, cautus novit: crudelia nullæ
Pectora si lachrymæ, nulli flexere dolores
Durum animum, & sævum cor nil miserantis amici,
Adflat mitis Amor, Lethæo tincta puellis
Flumine sollicitus perituris tela ministrans.
Pectora cum mutuis primum exardescere flammis
Cernit Amor, crebris omnes in corda sagittas
Ictibus effundens, crescentes auget amores:
Idem languentes jam nunc decrescere flammas
Ut videt, aut prisco vires animumque calori

renaître, ou mourir: car il épargne toujours les derniers jours d'une paſſion languiſſante: on ne paſſe point par les dégoûts avant de ceſſer d'aimer; mais de plus grandes douceurs font oublier les moindres.

L'Amour a ôté de ſon carquois les traits cruels dont il bleſſa Phédre & Ariane, qui, mêlés d'amour & de haine, ſervent à montrer ſa puiſſance, comme la foudre ſert à faire connoître l'empire de Jupiter.

A meſure que le dieu donne le plaiſir d'aimer, Vénus y joint le bonheur de plaire.

Les filles entrent chaque jour dans le ſanctuaire, pour faire leur prière à Vénus. Elles y expriment des ſentimens naïfs comme le cœur qui les fait naître. Reine d'Amathonte, diſoit une d'elles, ma flamme pour Thyrſis eſt

Reddens, confestim redivivos suscitat ignes,
Aut subito extinctos æterno funere mergit.
Non Gnidii extremis norunt ingrata diebus
Tædia, nec tristes horas ubi desinit ardor;
Nec si cesset amor, subeunt fastidia: raptæ
Lætitiæ immemores reddit renovata Voluptas
Suavior; & Gnidios in læta oblivia ducens,
Gaudia dat fautis sensim potiora Cupido.
Læsit Amor Phædram crudeli vulnere; durus
Misit & in Cressam sævissima tela sororem:
Subduxit pharetrâ quæ talia vulnera possent
Tela dare, atque animis hæc ferre pericula læsis
Officiosus Amor. Cælo qui fulmina mittit
Novimus esse Jovem: telis, Puer ales, iisdem
Triste odium & lætos dum cordi infundis amores,
Te quoque Cælicolûm de stirpe agnoscimus ultro
Esse Deum, Numenque tuum, & tua regna fatemur.
Non unquam occiduis radios Sol mergit in undis,
Intima quin sacros ubi dant delubra recessus,
Assiduis Venerem precibus votisque puellæ
Sollicitent; neque fallaci sententia fuco
Blandiloquos effert sermones subdola, simplex
Gratia dum puro manans è pectore, puris
Enitet in verbis .... Venus, ô Regina Amathuntis,
Nunc, ait una, meæ periêre in Thyrsida flammæ:

renaître, ou mourir : car il épargne toujours les derniers jours d'une paſſion languiſſante : on ne paſſe point par les dégoûts avant de ceſſer d'aimer ; mais de plus grandes douceurs ſont oublier les moindres.

L'Amour a ôté de ſon carquois les traits cruels dont il bleſſa Phédre & Ariane, qui, mêlés d'amour & de haine, ſervent à montrer ſa puiſſance, comme la foudre ſert à faire connoître l'empire de Jupiter.

A meſure que le dieu donne le plaiſir d'aimer, Vénus y joint le bonheur de plaire.

Les filles entrent chaque jour dans le ſanctuaire, pour faire leur prière à Vénus. Elles y expriment des ſentimens naïfs comme le cœur qui les fait naître. Reine d'Amathonte, diſoit une d'elles, ma flamme pour Thyrſis eſt

étein-

Reddens, confestim redivivos suscitat ignes,
Aut subito extinctos æterno funere mergit.
Non Gnidii extremis norunt ingrata diebus
Tædia, nec tristes horas ubi desinit ardor;
Nec si cesset amor, subeunt fastidia: raptæ
Lætitiæ immemores reddit renovata Voluptas
Suavior; & Gnidios in læta oblivia ducens,
Gaudia dat fautis sensim potiora Cupido.
Læsit Amor Phædram crudeli vulnere; durus
Misit & in Cressam sævissima tela sororem:
Subduxit pharetrâ quæ talia vulnera possent
Tela dare, atque animis hæc ferre pericula læsis
Officiosus Amor. Cœlo qui fulmina mittit
Novimus esse Jovem: telis, Puer ales, iisdem
Triste odium & lætos dum cordi infundis amores,
Te quoque Cœlicolûm de stirpe agnoscimus ultro
Esse Deum, Numenque tuum, & tua regna fatemur.
Non unquam occiduis radios Sol mergit in undis,
Intima quin sacros ubi dant delubra recessus,
Assiduis Venerem precibus votisque puellæ
Sollicitent; neque fallaci sententia fuco
Blandiloquos effert sermones subdola, simplex
Gratia dum puro manans è pectore, puris
Enitet in verbis .... Venus, ô Regina Amathuntis,
Nunc, ait una, meæ periêre in Thyrsida flammæ:

éteinte ; je ne te demande pas de me rendre mon amour; fais feulement qu'Ixiphile m'aime.

Une autre difoit tout bas ; puiffante déeffe, donne-moi la force de cacher quelque temps mon amour à mon berger, pour augmenter le prix de l'aveu que je veux lui en faire.

Déeffe de Cythere, difoit une autre, je cherche la folitude ; les jeux de mes compagnes ne me plaifent plus. J'aime peut-être. Ah! fi j'aime quelqu'un, ce ne peut être que Daphnis.

Dans les jours de fêtes, les filles & les jeunes garçons viennent réciter des hymnes en l'honneur de Vénus: fouvent ils chantent fa gloire, en chantant leurs amours.

Un

Non ego te posco ut redeat mihi pristinus
ignis,
Diva; sed hoc tantum concede, benigna,
petenti,
Jam me Daphnis amet, jam me novus oc-
cupet ardor.
Da mihi, Diva potens, tantas, ait altera,
vires,
(Vix tamen auditur tacito vox missa susurro)
Nesciat ut quantis meus ignibus urar A-
myntas;
Da mihi celatos ut longum ignoret amores
Phyllidis ille suæ; sic quæ mihi sponte fateri
Mox suadebit Amor, grato magis ipse fatentem
Audiet hæc animo quondam meus ignis A-
myntas.
Nescio quid nuper mentem mihi fascinat,
imis
Afflictam in latebris, inquit Galatea; peroso
Lumine nunc solam juvat in deserta vagari
Devia; nunc comitum lusus mihi displicet
omnis:
Hoc amor est forsan: si tela Cupidinis hæc
sunt,
Daphni, meum solus cor, solus habebis amores.
Te celebrant pueri, te cantu, Diva, puellæ;
Te quoque, mitis Hymen, festis, Hyme-
næe, diebus,
Carminibus numerisque vocant. Hic omnia
circum
Dant laudes tibi, Diva. Suos qui narrat
amores.
Sæpe tuos etiam narrat, Cytherea, triumphos.


Un jeune Gnidien, qui tenoit par la main sa maîtresse, chantoit ainsi: Amour, lorsque tu vis Psyché, tu te blessas sans doute des mêmes traits dont tu viens de blesser mon cœur: ton bonheur n'étoit pas différent du mien; car tu sentois mes feux, & moi j'ai senti tes plaisirs.

J'ai vu tout ce que je décris. J'ai été à Gnide; j'y ai vu Thémire, & je l'ai aimée: je l'ai vue encore, & je l'ai aimée davantage. Je resterai toute ma vie à Gnide avec elle, & je serai le plus heureux des mortels.

Nous irons dans le temple, & jamais il n'y sera entré un amant si fidelle: nous irons dans le palais de Vénus, & je croirai que c'est le palais de Thémire: j'irai dans la prairie, & je cueillerai des fleurs, que je mettrai sur son sein: peut-être que je pourrai la conduire dans le bocage, où tant de routes vont se confondre; &, quand elle sera égarée,.... L'Amour, qui m'inspire, me défend de révéler ses mysteres.

SE-

Formosam dextrâ ducens Amaryllida Thyrsis,
Sic cantabat ovans: Telis mihi pectora iisdem
Saucia nunc, olim visâ quibus ipse Cupido
Tu Psyche ardebas; sors contigit æqua duobus;
Insit quanta meis sensisti flamma medullis,
Et tua quam fuerit sensi pergrata Voluptas.
Non ignota cano; tenuit me dulcis amœno
Hospitio Gnidus: & te, formosissima, vidi;
Te visâ, Themiri, exarsi; rursumque revisâ
Augebat primos iterum novus ardor amores.
His ego si Themirin toto mihi jungier ævo
Sors daret, his seros in amatis sedibus annos
Ducere amem; nihil est potius mortale quod optem.
Me Themiris, me fidus Amor, sacrata volentem
In delubra vocant; juvat alta Palatia Divæ
Et sanctos penetrare Lares; & mœnia credam
Jam Themiri hæc sacrata meæ. Per mollia dulces
Tendens prata legam flores, gremioque reponam
Munera lecta tuo. Tecum mihi sors dabit olim
Forte per umbrosum tacite nemus ire, viarum
Hîc ubi confusis errantem callibus ardens;
Te, Themiri......
Dicere plura nefas; tua sunt arcana, Cupido.



SECOND CHANT.

IL y a à Gnide un antre facré que les nymphes habitent, où la déeffe rend fes oracles. La terre ne mugit point fous le pieds, le cheveux ne dreffent point fur la tête; il n'y a point de prêtreffes, comme à Delphes, où Apollon agite la Pythie: mais Vénus elle-même écoute les mortels, fans fe jouer de leurs efpérances, ni de leurs craintes.

Une coquette de l'Isle de Crete étoit venue à Gnide: elle marchoit entourée de tous les jeunes Gnidiens; elle fourioit à l'un, parloit à l'oreille à l'autre, foutenoit fon bras fur un troifieme,

cri-

CANTUS SECUNDUS.

EST Gnidiis antrum, blandis habitata Choreis
Nympharum loca: sacrato gens illa recessu
Mystica pandentem verbis oracula Divam.
Lenibus hic audit, dictisque salubribus hæret.
Non gemit horrendum tellus; non crinibus illic
Territus erectis stupet advena, nulla sacerdos,
Ut Delphis, agitata tremit, nec numine plenam
Inflatamque suo, ut Pythiam, quatit Augur Apollo:
Ipsa Venus facilem præbet mortalibus aurem;
Spes fovet, & duros subducit amica timores.
Fœmina Cretensi fallax è stirpe, relictis
Prima sed Italiæ sit gloria nautica pyxis,
Æternum Flavj toto sit nomen in Orbe;
Indole maniaca passim suicidia tractus
Ast intemperiis, atque atra bile patrabit.
Reginæ sed tres, intra (a) tria lustra, silebo
Paullo post quartam profugam regione propinqua,
Hospitii sacro violato jure, necatæ,
Immanes animos infami labe notabunt.
Damnati Regis, referens horresco, nefanda
Juditii forma, subjecto a Judice, vili
Carnificis dextra, cervix truncata securi
Jugis

De quo spurcissimum, atque impium poema Volter.

(a) Anna Bolena, Anna Huartia uxores Henrici VIII., Joanna Graj; de qua nobile poema Yunch; quarta est Maria Scota tempore Elisabethæ.

Jugis erit, sileat (a) Milton, infamia gentis.
Materies tragico quæ sit satis ampla theatro,
Nec velit infaustis Londinum cedere Thebis.
Æmula consurget vicina Batavia pollens
Navibus innumeris, mercaturaque per Orbem.
Obtegitur pelago nunc tota, latetq. sub undis;
Hinc habitatores raros est cernere; miro
Ingenio salsas arcebunt longius undas
Aggeribus, totamque colent passim urbibus amplis
Extructis, crescetq. industria Natio, septem
Inque decem latas Regiones scissa vigebit;
Austriaco demum dominante coibit in unam:
Gallia dum læva, dextraque stat Anglia, suasu
Nassavii, dum præstat opem Germania; septem
Inde rebellabunt, & erit Respublica florens.
Ad Libyæ caput imum, Taprobanamque Colonos,
Arbor adorifera qua crescens cortice prostat,
Postremosque Sinas, ad Gangem mittet, & Indum.
Divitiis quantum crescet! pulsoque Stuarto,
Guglielmus tumidis Batavus dominabitur Anglis:
Palladiis quantum florebit & artibus! ipsas

(a) Notissima Tragædia Caroli Stuartii a populo damnati. Salmas. longo libro damnat populum, quem defendit Milton.

Pierides, Phœbumque trahet de vertice Pindi.
Hic doctos cernent redivivos surgere Delphos.
Immemor Hugonem, nec Musa silebit Erasmum,
Varrones doctis fœcundi temporis, ambos.
Ingenio tardo, quamvis præstante, notatis
E Batavis absunt longe mendacia, fraudes.
Apparet longe jam Cimbrica Chersonesus;
Quot vomet Europæ magna cum strage, Quiritum
Funditus Imperium numero qui denique perdent,
Myriades hominum Septem hæc vagina trionis!
Non ego præteream terra, pelagoq. potentes,
Qui nunc antra colunt, Suecos: duo fulmina belli
Gustavus, Carolusque vehent ad sidera Cœli,
Ad laudem, palmas, immortalesque triumphos.
Nec sileam duro vicinos robore natos
Silvestres Danos: huc magnus transferet almam
Uraniam (a) Tycho, turrim, pagumque dicabit:
Transferet & Phœbum cum Musis monte bicorni.
Hic dociles Dani discent, Tychone Magistro,
Car-

(a) Hic Tycho in Insula Venusia, Gallis Ween, ubi multis annis vixit, pagum ædificavit, hinc Uranopolim dictum cum Turri inspectoria.

Carmina dum pangit Muſis, & Apolline dextris,
Saturni, Jovis, Hermetis, cum Cypride Martis,
Solis iter, Lunæque, ſuo dum cardine firmat
Tellurem, veteri Ptolomæi dogmate, centro.
Felix qui poterit cæleſtes ſcandere ſedes,
Totque Orbes toto Cælo peragrare rotantes!
Nota magis nulli domus eſt ſua, lucida ſummi
Omnia quam Magno Tycheni ſidera Cæli.
Prima Teleſcopii ſed gloria detur Hetruſco
Ingenio, quoque ad hoc cryſtallina lunula ſpectat,
Præſidium Senibus, natiſque myopibus ingens.
Hercinia en centum paraſangis, flumina, montes,
Immenſoſque lacus includens ſilva; quot Urbes
Hic ſurgent, & erit florens Germania, bello,
Divitiiſque potens; Romanis ſola reſiſtet,
Et longe Rheno prohibebit; denique magni
Imperii ſedes, tot Regibus, atque Dynaſtis,
In bis quinque Cyclos diviſa ſuperba vigebit.
Vertice quos inter totò ſupereminet omnes
Boruſſus Mavors Federicus, gloria ſecli.
Humani generis totum cum ſtrage per Orbem
Mutata belli forma Malus alite nigra
Hic Genius pyrii monſtrabit pulveris uſum,
Dum Bonus ictu oculi, calamo ſine mille docebit,
Arte quidem mira, prælis excudere libros.
Imperium Auguſti tantum bis octo, coruſca
Inſignes pietate Viri, & virtutibus amplis

Austriaca de gente regent. Germania quantum
His sua debebit? Verum proh livida tanto
Fata bono Europæ nimium adversantia! ramus
Aureus arescet post secula quinque, perennis
In Carolo famæ; Lotharingo ast insita trunco
Nata suo perget: seclis bis quinque vigebit
Posteritas; ultra sed noscere fata negatur.
Europæ, atque Asiæ vastam, glacialis ab ursa
Alluit Oceanus quam longe, Solis ad ortum,
Postremosque Sinas regionem conspice; densæ
Quercubus annosis silvæ, vepreta, frequentes,
Immensique lacus occultant undique campos.
Rari habitatores, & prorsus inhospita tellus,
Quos bipedes ursos credas, aut cercopithecos,
Crinibus intonsis, impexa ad pectora barba:
Non usus lanæ, non lini, aut cannabis; arcent
Pellibus hirsutis male cincti frigus, & æstum.
Piscatu tantum, venatu, glandibus, ortis
Sponte sua, nulloque labore, operaque coloni
Plantarum pomis per silvas, gramine vivunt.
Non hic Triptolemus curvum monstravit aratrum,
Frugibus alma Ceres non apta novalia; longe
Alma Pales, celebrat non læta Palilia Pastor,
Bassarides celebrant nec Bacchanalia thyrsis.
Nulla armenta boum cernis, nullosque bidentum,

Ca-

Caprarumque, suumque greges, vix dorcadas, apros,
Cornupetas uros norunt, celeresque bisontes.
Absque Magistratu vivunt, sine lege palantes
Huc, illuc; non connubialia jura, jugalis
Fœdera non norunt Hymenæi sacra; nefando
Amplexu nato genitrix, & nata parenti
Junguntur, fratrique soror, coëuntque canino
More palam; nullus scripturæ noscitur usus.
Græcorum claro prognatus sanguine magnus
Induperatorum Michaël, Patriarcha verendus
Cui genitor, Scythiæ depulsa primus agrestes
Barbarie longe post plurima secula mores
Incipiet formare, Nepos ingentibus ausis,
Oceano imperium, famam qui terminet astris,
Perficiet sed Petrus opus, peragraverit Urbes,
Et varios hominum mores expenderit acri
Ingenio Europæ postquam; terraque, mariq.
[illegible], pacisque, salubres
Dictabit leges: Pugnacem denique Suecum
Tot tumidum palmis felici Marte fugabit:
Odrysii frustra dein implorare Tyranni.
Coget opem Regno profugum; fundabit & amplam
Magnificam, Imperii Sedem quo transferet, Urbem,
Petropolimque suo dicet de nomine: jugi
Palladias belli cura nec negliget artes.
Urbem Academia, libris hunc instruet, amplis
Munificus ditans fundis, & divite censu:
Europa multis tota clarisque Magistris

Qui Encyclopædiam pueros, juvenesque docebunt,
Huc, spretis alibi, larga mercede vocatis.
Arte typographica Batavos superabit, & ipsum
Pinguia pelliciet promittens præmia Phœbum.
Italiæ dulces Tibrim ne desere, centum
Nympharum patrem Sebethum, Phœbe, nec Arnum;
Ad quorum ripas arguto semper olores
Ore canent, quos inter anas strepero ore Caloris.
Arma magis tractet, quam plectrum, Natio pugnax,
Ingenio quamvis præstanti, curaque major
Vincere finitimos, & debellare superbum
Othomanum tangat; non Phœbi, clara Gradivi
Signa sequi, faustoque Orientis Numine surgat
Imperium, mitis ferrato Græcia demat
Colla jugo, redeant & cultæ Palladis artes.
Parturient genti præclaro nomine bini
Cum Lyrico Vates (a) Epici sat laudis, Homero,
Vir-

(a) Keraskow, Lomanosow Epici Vates, quorum alter morte præventus suam Petreida ultra tertium Cantum protrahere haud potuit; alter numeris omnibus absolutam edidit Russeida, quam in Italum idioma brevi prodituram transtulit sane feliciter Dux S. Ni-

Virgilioque pares; amborum fama perennis
Subjecta resonet Septem regione trioni.
Immatura Virum meditantem grandia tantum
Mærentis Populi deflendum semper amaris
Heu! lacrymis, laudi, Moschorumque invida famæ
Mors rapiet proprium repetentem sidus Olympo,
Sistet an Elysiis, Heroum sede beata?
Eriget huic Catharina equitantem ex ære (a) *Colossum,*
Cujus complectens basis duo jugera, montis
Instar erit, rupes immensa, lacu eruta, centum
Distante e Petri parasangis Urbe, nec equis,
Dædaleo ingenio, campis evecta, lacuque,
Expensis auri, quis credat? mille talentis.
Vana nec Ægyptus sua dein miracula jactet
Pyramidum, sileatque suum Rhodus ipsa Colossum,

 Ex-

Nicolai, Mutius Cajeta. Hic enim Picus alter, ingeniorum phœnix, qui de se ait; *intra mensis spatium hebraicam linguam didicisse*, in itinere, Petropolim quum peteret Legatus, ita Illyricam linguam addidicit, ut eam non intelligeret modo, sed scriberet etiam, & loqueretur. Mirum profecto! præsertim quum ejus memoria jam tot linguis esset onusta, Græca scilicet, Latina, tribusque ejus filiabus; Anglica, & Germanica.

Non Epicus, sed Lyricus, & omnigenæ poesis Auctor Sumarokow, cujus poematia quampluribus tomis edita.

(a) V. Ephemerid.

Expansis velis cujus sub cruribus ingens
Innabit pinus, turbantibus æquora ventis.
Illustres animas mille inter seliget astris
Moschorum hanc Genius, Cœloque emittet, ut illos
Evehat ad summum famæ, laudumque cacumen.
Thermodonteas quis nominet Heroinas?
Othomanæ hæc franget duo Lunæ cornua, terra,
Et pelago victrix gravibus, durisque superbum
Odrysium coget pacem implorare Tyrannum
Legibus, argenti missis, & montibus auri;
Vilius argentum dein Moschis, vilius aurum;
Taurica parebit queis Chersonesus, & amplis
Classibus Euxinus Moschis, & uterque patebit
Bosphorus Adriacum ad mare, Tyrrhenumque, columnas
Herculeas ultra Calpen, Abylamque; pavebunt
Cum Melite vigiles Veneti, Sebethus, Anapus
Solliciti stabunt, icto sed fœdere fido
Cum Tanai gelidum deponent corde timorem
Securi pacis nexu Sebethus, Anapus.
Parthenopes Cajeta bono, Cajeta coruscis
Clarus Avis, Atavisque, magis virtutibus amplis,
Moribus innocuis, Petri Legatus ad Urbem
Dexteritate, fide laudatus fœderis Auctor,

Ad

Ad summum ducent alis virtutis honorum
Juppiter, & Juno quem Parthenopæa cacumen.
Littora dein late Sociis longeque patebunt
Classibus amborum portus, tutique recessus.
At pavidi remanent cum Gallo Sardus, Iberus.
Nec pactis stantem detrectantemque Tyrannum
Europa pellet; fugit ille Propontide cymba
Antiquam repetens Asiæ sine milite sedem.
Byzantina tribus lapsis mage fulgida seclis
Majestas, totidem veluti Romana, resurget:
Constantinopoli falcatam turribus altis
Plantata Lunam tollet Cruce; nobile Templum
Restituet Sophiæ, & lustrabit more latino,
Pontificisque pedo sese submittet; abhorret
Nec procul a Roma magnus Borussus, & unus
Pastor Ovile reget; servatur gloria Sexto
Tanta Pio, fanum quem fama fausta Quiritum
Fata diu fervent. Jungetur protinus arcto
Fœdere Borussus Scythica cum Pallade Mavors.
Europæ nova quæ facies! Vox faucibus hæret;
Fatidicum Vatis jam pectore Numen abivit.

Integrum §. cant. 1. pag. 11. a primo Traduct. oblivione forsan omissum hic apponendum duximus.

In Pelei, Thetidisque hymenæis, lauta Deorum
Auratum postquam pomum ad convivia jecit
Inscripto pulcræ mage dandum *lemmate, Cælo*
Ut Superos inter discordia serperet, Eris:
Eris liventi quæ sufflans ore venenum,
Et rigidum gestans rubea sub veste dolonem
Mortales inter serit acria jurgia, cædes;
Humanumque sitit furiato corde cruorem,
Judicio an sistat Phrygii Pastoris ad Idam
De formæ palma cum nudis nuda, Minerva,
Et Junone Venus decertatura, phaselus
In pelago ceu flante Noto dum fluctuat anceps,
Hic Charites, geminosque, quibus confidit, Amores
Consuluit; subito consultis exuit auro
Hic intertextas, & tinctas murice vestes,
Abdidit at cinctum sub flavis ante capillis,
Cui fatalis inest vis, & miranda potestas.
Fontis aqua ablutum bis septem corpus inungunt
Unguentis Arabum Nymphæ. Hic conscendit eburnum
Alba tegens nigro sub velo membra Tarenti
Contexto currum, vehiturque per aëra binis
Qui candore nives superant, & præpete penna
Hippotades ventos quum laxat carcere, cycnis.

Ad

Ad Xanthi palmæ secura binominis oram
Descendit, veloqae abjecto in tempore sistit
Judicio, nudarum oculo dum lyncis acuto
Pendit Alexander justa cum lance Dearum
Dissimiles formas: Majestas ardua magnæ
Junonis si fronte micat; vis martia, qualis
Armigeram deceat, resplendet fronte Minervæ;
Adspecta juvenis nuda prope Cypride, largo
Cui data Naturæ dono completa venustas,
Obstupuit Judex, oculisque errantibus illam,
Moxque solo fixis, contemplans, mutus, & extra
Se raptus: loquitur satis hærens lingua palato
Quum sileat; cecidïtque manu, gaudentis opima
Ante pedes Veneris de palma, nobile pomum.
Disparent tumido spirantes felle furorem,
Vindictam in Paridem Juno, Pallasque minantes;
Et Priami evertunt mox lamentabile Regnum,
Celsa decennali dum vastant Pergama bello.
Alma triumphali rediit circumdata pompa
Huc Venus e palmæ victrix certamine, dextra
Auratum monstrans pomum, clarumque trophæum
Affixit templo, Junone, ac Pallade victis.
Hinc tracto pomum par donat more quotannis
In formæ pugna victricibus illa puellis.

CAN-

QUATRIEME CHANT.

PEndant que Thémire étoit occupée avec ses compagnes au culte de la déesse, j'entrai dans un bois solitaire: j'y trouvai le tendre Aristée. Nous nous étions vus le jour que nous avions été consulter l'oracle; c'en fut assez pour nous engager à nous entretenir: car Vénus met dans le cœur, en la présence d'un habitant de Gnide, le charme secret que trouvent deux amis, lorsqu'après une longue absence ils sentent dans leurs bras le doux objet de leurs inquiétudes.

Ravis l'un de l'autre, nous sentîmes que notre cœur se donnoit; il sembloit que la tendre Amitié étoit descendue du ciel, pour se placer au milieu des nous. Nous nous racontâmes mille choses de notre vie. Voici, à peu près, ce que je lui dis.

Je

CANTUS QUARTUS.

Sacra, puellarum magna comitante caterva,
Gemmata ad Veneris templum redimita corona
Dum peragit Themiris Mysta praeeunte, propinquam
Ad silvam, viridi passim quae consita lauro,
Rivulus & flores inter, myrtosque rigabat;
Progredior lentis ego passibus: obvius ecce
Fidus Aristaeus, dudum mihi cognitus, ambo
Expectaremus pavido dum oracula corde
Ad Templum afflati divino Numine Vatis
Et subito jungens arcto nos foedere, sacrum
Dulcis Amicitiae descendit Numen ab astris.
Harmonia quadam mentes, animosque creavit
Concordes Opifex rerum, dein glande locavit.
Excipio ambabus protensis protinus ulnis,
Et dextram dextrae jungo; nostraeque vicissim
Eventus vitae narramus; & inter eundum
Incepi primus: Sybaris mihi Patria, caecus
Natus ubi, Materque Venus, Bacchusque coluntur.
Hic gula, segnities habitant, lenta ocia, luxus;
Ne fugiat placidis tranquillus somnus ocellis,

In-

Je suis né à Sybaris, où mon père Antiloque étoit prêtre de Vénus. On ne met point, dans cette ville, de différence entre les voluptés & les besoins; on bannit tous les arts qui pourroient troubler un sommeil tranquille ; on donne des prix, aux dépens du public, à ceux qui peuvent découvrir des voluptés nouvelles; les citoyens ne se souviennent que des bouffons qui les ont divertis, & ont perdu la mémoire des magistrats qui les ont gouvernés.

On y abuse de la fertilité du terroir, qui y produit une abondance éternelle; & les faveurs des dieux sur Sybaris ne

Incubet & levibus sopito Morpheus alis,
Martius Urbe procul, lucem qui nunciet, Ales.
Accalus (a) hinc longe, quem Dadalus invidus alta
Præcipitat turri, quum serræ repperit usum;
Longius & Brontes, Steropes, nudusque Pyracmon;
Pluris ubi balatro, Parasitus, Psaltria, Mimus,
Comœdus, Scurræ, Ciniflones, Morio, Leno,
Nec cum sellarum sileatur Spintria fabris;
Quam Pædagogus, morum moderator, & æquis
Qui lites dirimit phy! cives lancibus inter.
Omnibus hi viles: inventoresque novarum
Larga voluptatum Consulto dona Senatus,
Præmiaque Ærarj mensa, laudemque reportant;
Illaudata boni dum virtus esurit, alget,
Arsque voluptati cedit; residesque colonos
Agrorum late reddens magis ubere gleba
Fertilitas spem ultra vitiis alimenta ministrat, De-

(a) Ad designandam artem lignariam ponitur hic Accalus, quem alii vocant Attalum, Talum, a Dædalo avunculo præcipitatus e turri artis æmulatione, quod invenisset circini, & serræ usum. Uti paullo post Brontes, Steropes, & Pyracmon Cyclopes Vulcani fabri in Ætna ad designandam ferrariam.

fervent qu' à encourager le luxe & la molleffe.

Les hommes font fi efféminés, leur parure eft fi femblable à celle des femmes, ils compofent fi bien leur teint, ils fe frifent avec tant d'art, ils emploient tant de temps à fe corriger à leur miroir, qu'il femble qu'il n'y ait qu'un fexe dans toute la ville.

Les femmes fe livrent, au lieu de fe rendre; chaque jour voit finir les defirs & les efpérances de chaque jour: on ne

fait

Desidiam, luxumque fovens, odiumque laboris.
Barbatus, ruber e scopulis, mullusque trilibris
Carius hic venit, quam (a) bos; væ civibus, Urbi
Væ miseræ, curto peritura tempore! tersum
Comenda ad speculum Juveni quam turpe! rubenti
Crispandaque coma calamistro, ventre capaci
Una satis non est Cinifloni Clepsydra, flava
Dum scobe flux auri, sive albo polline spargit;
Nec pudet insanum faciem depingere fuco.
Fæmineo vultu vestigia nulla pudoris:
Obscœnis oculus, manus, os occalluit, auris.
Ultro se dedit sine pugna Virgo petenti.
Formosam juvenis, dum fulgurat æthra, puellam
Adspicit, adspectamque cupit, potiturque cupita.
Mœnia non aries, catapultaque concutit arcem,
Vinea plantatur non hic, non tollitur agger;
Dux valvis subito patefactis arce potitur,
Vexillumque suum turrito culmine figit.
Nota voluptatum non illa gradatio, passim
Itur ad extremam qua tractu temporis inter,
De-

(a) Præ oculis hic habitum est effatum illud: *Perituram Urbem, ubi pluris piscis, quam bos emeretur.*

fait ce que c'eſt que d'aimer & d'être aimé : on n'eſt occupé que de ce qu'on appelle ſi fauſſement jouir.

Les faveurs n'y ont que leur réalité propre ; toutes ces circonſtances qui les accompagnent ſi bien, tous ces riens qui ſont d'un ſi grand prix, ces engagemens qui paroiſſent toujours plus grands, ces petites choſes qui valent tant, tout ce qui prépare un heureux moment, tant de conquêtes au lieu d'une, tant de jouiſſances avant la dernière ; tout cela eſt inconnu à Sybaris.

Encore ſi elles avoient la moindre modeſtie, cette foible image de la vertu pourroit plaire : mais non, les yeux ſont accoutumés à tout voir, & les oreilles à tout entendre.

Bien loin que la multiplicité des plaiſirs donne aux Sybarites plus de délicateſſe, ils ne peuvent plus diſtinguer un ſentiment d'avec un ſentiment.

Ils paſſent leur vie dans une joie purement extérieure : ils quittent un plaiſir qui leur déplait, pour un plaiſir qui leur déplaira encore ; tout ce qu'ils imaginent eſt un nouveau ſujet de dégoût.

Leur ame, incapable de ſentir les plaiſirs, ſemble n'avoir de délicateſſe que

pour

Delicias centum; primum velitatio longe
Incipiat funda, jaculo, sternatur & hostis
Longam post pugnam stricto pugione, triumphum
Erectis praecedat ovatio mille trophaeis;
Deditio laudem minuit nam prompta triumphi.
Sola voluptatum miseris hic cura; prioris
Quum taedet, gustant aliam, taedebit & hujus,
Ad primam redeunt, & circumvolvitur orbis
Illarum; nulla hic sensatio; namque retundunt,
Non acuunt sensum juges hae; sola doloris
Sed remanet, Zephyrique levi feriuntur ab aura,
Dumque thoro recubant, laeduntur terga plicata

Fron-

pour les peines: un citoyen fut fatigué, toute ùne nuit, d'une rofe qui s'étoit repliée dans fon lit.

La mollefle a tellement affoibli leurs corps, qu'ils ne fauroient remuer les moindres fardeaux; ils peuvent à peine fe foutenir fur leurs pieds: les voitures

les

Fronde rosæ, tenuis sub odora sindone byssi
Ad culicis medicum compellant protinus ictum.
Opiparam ad mensam stomachus fastidia sentit
Hesterna ingluvie; scitorum nulla coquorum
Ars juvat: haud sapiunt acipenser, rhombus, echinus,
Cæruleique maris digiti, non ostrea, mullus,
Loligo non nigra, locusta rubente corallo,
Ficedulæ, turdi, lepores, non ipsa teredo,
Phasidis haud ales, Junoni aut sacra, nec assus
Lumbum (a) intra vitulæ cerato clune palumbes,
Perdicis pectus (b) scolopacis clunibus, unam
Ut coëant in avem, insertum, petasoque falerno
Elixus, scriblita, cupedia lecta culinæ,
Leucophagum, oxyporon, non ullum embamma, moretum,
Non oleæ, asparagi, boleti, tubera, fungi,
Prin-

(a) Lucullus hujus seculi palumbem assabat inclusum intra duo frusta vitulinæ, quibus ustis coquebatur palumbes magis sapidus ex illius succo.

(b) Cardinalis cujusdam Avenionensis cœna erat esuriali die perdicis pectus adnexum scolopacis clunibus, seque avicula contentum ajebat.

les plus douces les font évanouir ; lorsqu' ils sont dans les festins, l'estomac leur manque à tous les instans.

Ils passent leur vie sur les siéges renversés, sur lesquels ils sont obligés de se reposer tout le jour, sans s' être fatigués : ils sont prisés, quand ils vont languir ailleurs.

Incapables de porter le poids des armes, timides devant leurs concitoyens, lâches devant les étrangers, ils sont des esclaves tout prêts pour le premier maître.

Dès

Primiparæ sumen concreto lacte refertum,
Phaseoli demum, galli qui renibus hærent.
Grata fames non nota, dapum non nota cupido,
Ut miseris, alvo semper latrante, Poëtis,
Queis hircina, fames quam condit, bubula, crambe,
Rapa, cicer, sapiuntque fabæ, magis allia, porri.
Viribus effœtis, languenti corpore toto
Genua labant, nervique levi sub pondere; crebro
Respirat pulmo; sudor fluit undique rivis.
Non labor, ipsa quies lassat, dum sede supina
Nocte, dieque cubant numerantes tigna, trabesque.
Nocturno culices abigant ut tempore, raris
Utuntur velis; mos transiit inde Canopum.
Automatum in muscas affigunt pariete (a) flabrum,
Frigentem cujus respirent aëra motu.
Armorum gemerent duro sub pondere molles;
Ignavumque domi cor, ast ignavius extra;
Nunquam hostis faciem viderunt: impete primo,
Nec gladio exerto facilis cui præda futuri.

(a) Novum esset adinventum in conviviis ad abigendas muscas e ferculis, & refrigerandum aerem affigere fornici pendulum flabrum automatum.

Dès que je fus penser, j'eus du dégoût pour la malheureuse Sybaris. J'aime la vertu; & j'ai toujours craint les dieux immortels. Non, disois-je, je ne respirerai pas plus long-temps cet air empoisonné: tous ces esclaves de la mollesse sont faits pour vivre dans leur patrie, & moi pour la quitter.

J'allai, pour la dernière fois, au temple, &, m'approchant des autels où mon père avoit tant de fois sacrifiè: grande déesse, dis-je à haute voix, j'abandonne ton temple & non pas ton culte: en quelque lieu de la terre que je sois, je ferai fumer pour toi de l'encens; mais il sera plus pur que celui qu'on t'offre à Sybaris.

Je partis, & j'arrivai en Crete. Cette isle est toute pleine des monumens de l'Amour. On y voit le taureau d'airain ouvrage de Dédale, pour tromper, ou pour satisfaire les égaremens de Pasiphaé; le labyrinthe, dont l'Amour seul sut éluder l'artifice; le tombeau de Phedre, qui étonna le Soleil,

Illuxit ratio quum, claro lumine, menti,
Cui natura dedit virtutis semina diæ:
Ipse venenatum respirem haud aëra, dixi,
Sponte mea exilium subeam, Patriamque relinquam,
Corrupta cives condemnans Urbe morari.
At Venerem Templo primum veneratus abivi,
Hac prece concepta: Vivos dum spiritus artus
Hos reget, a cultu nunquam, veneranda, recedam
Diva tuo; fugiam fœdatæ mœnibus Urbis:
Funditus hanc perdent quam primum Numina; puro
Thus alibi mage corde tuam flagrabit ad aram.
Appulit ad Cretæ primum mea littora navis;
Audivit pueri vagitus illa Tonantis.
Vacca cedro ad Templum, Veneris monumenta nefandæ,
Dædaleum monstratur opus; mugire videtur,
Appetere & taurum, clunesque aptare paratos
Pasiphae, qua tecta. Incestæ e marmore Phædra
Pube tenus statua, at prope mausolea videtur;
Monstrosum quarum ne sol spectaret amorem,
Objecta vultum velavit nube coruscum.
Non longe Labyrinthus, inextricabilis error;
Minotaurus ubi stratus Theseide clava,
Exitus hinc patuit, certo duce stamine, Theseo;
Atque viam monstravit amor Minoidis ingens;

comme avoit fait ſa mère ; & le temple d'Ariane, qui, déſolée dans les déſerts, abandonnée par un ingrat, ne ſe repentoit pas encore de l'avoir ſuivi.

On y voit le palais d'Idoménée, dont le retour ne fut pas plus heureux que celui des autres capitaines grecs : car ceux qui échapperent aux dangers d'un élément colère, trouverent leur maiſon plus funeſte encore. Vénus irritée leur fit embraſſer des épouſes perfides, & ils moururent de la main qu'ils croyoient la plus chere.

Je quittai cette isle, ſi odieuſe a une déeſſe qui devoit faire quelque jour la félicité de ma vie.

Je me rembarquai ; & la tempête me jetta à Lesbos. C'eſt encore une isle peu chérie de Vénus : elle a ôté la pudeur du viſage des femmes, la foibleſſe de leur corps, & la timidité de leur ame. Grande Vénus, laiſſe brûler les femmes de Lesbos d'un feu légitime ; épargne à la nature humaine tant d'horreurs.

My-

Cui Templum, atque auro Simulacrum rite dicatum,
Deserta flentem deserto littore postquam
Invenit, justoque hymenæo addixit Jacchus
In sponsam, Divam fecit, Cæloque locavit,
Et licuit mensis Ariadnam accumbere Divum.
Hæret adhuc quamvis injuria fixa, tenaci
Et veteris forsan flammæ vestigia cordi.
Idomenei ad montis centum suffulta strigatis
Radicem apparent sublimia tecta columnis;
Quem Troja reducem, tot tempestatibus actum,
Quod reus absurdi, nec digni Numine voti
Innocui dextram fœdasset sanguine nati,
Finibus e Regni Populi furor expulit: atrox
Pœna magis reliquos, qui ferro Pergama, & igni
Destruxere, Duces afflixit; flebile damnum
Ulciscente suæ sic Trojæ Cypride, lecto
Amplexus inter sopitum nocte supremum
Induperatorem mactavit adultera conjux.
Ad turpem pluvio tempestas impulit Austro
Flante ratem Lesbum: hic etiam pudor exulat omnis
Fœmineo vultu: vires animosque virorum
Corde gerit, nec amat tamen illos fœmina vecors.
Naturæ leges qui lædit, protinus harum
Alma Venus, calidis extinguas cordibus ignem;
Arietibus si balat ovis, caproque capellæ,
Hinnit equo silvis equa, tauro vaccaque mugit.

Mytilene eſt la capitale de Lesbos; c'eſt la patrie de la tendre Sappho. Immortelle comme les Muſes, cette fille infortunée brûle d'un feu qu'elle ne peut éteindre. Odieuſe à elle-même, trouvant ſes ennuis dans ſes charmes, elle hait ſon ſexe, & le cherche toujours. Comment, dit-elle, une flamme ſi vaine peut-elle être ſi cruelle? Amour, tu es cent fois plus redoutable quand tu te joues, que quand tu t'irrites:

Enfin je quittai Lesbos; & le ſort me fit trouver une isle plus profane encore; c'étoit celle de Lemnos. Vénus n'y a point de temple: jamais les Lemniens ne lui adreſſerent de vœux. Nous rejettons, diſent-ils, un culte qui amollit les cœurs. La déeſſe les en a ſouvent punis: mais, ſans expier leur crime, ils en portent la peine; toujours plus impies à meſure qu'ils ſont plus affligés.

Je

Metropolis Regni Mytilene, patria Sapphus,
Quam decimam dicunt ob dulcia carmina Musam.
Odit, amatque suum sexum, quod fœmina casu
Nata sit, odit amans alias, velletque virilis
Se natam sexus, ut possit amore puellæ
Expleri magis ipsa, magisque explere puellam.
Uritur infelix, & inextinguibilis ignis,
Parque philautiæ Narcissi pectore fervet.
Sic miseram crucias, exclamat, sæve Cupido,
Dum mecum ludis, quid si deterrimus hostis?
Detulit in Lemnum Notus hinc; quo decidit, astris
Mulciber exclusus, diffracto crure, Tonantis
Calce, suumque colit magno exin insula templo
Vulcanum, sacras & thura incendit ad aras,
Uxori nullis ara, templove dicatis,
Impia gens credit, Venerem mollire virorum
Corda, Deamque mari, terra, Cœloque potentem,
Et styge contemnit, nec curat Numinis iram.
At Venus ulciscens contemptum, irata scelestos
Non semel ærumnis cives afflixit; at illi
Propositi pergunt duro mage corde tenaces.
Non secus Ægypti durato corde Tyrannus
Fertur ab irato percussus Numine tantis,
Totque malis. Abii damnata protinus ora.

Je me remis en mer, cherchant toujours quelque terre chérie des dieux; les vents me porterent á Délos. Je restai quelques mois dans cette isle sacrée. Mais, soit que les dieux nous préviennent quelquefois sur ce qui nous arrive; soit que notre ame retienne de la divinité, dont elle est émanée, quelque foible connoissance de l'avenir; je sentis que mon destin, que mon bonheur même m'appelloint dans un autre pays.

Une nuit que j'étois dans cet état tranquille, où l'ame, plus à elle-même, semble être délivrée de la chaîne qui la tient assujettie; il m'apparut, je ne sus pas d'abord, si c'étoit une mortelle, ou une déesse. Un charme secret étoit répandu sur toute sa personne: elle n'étoit point belle comme Vénus, mais elle étoit ravissante comme elle: tous ses traits n'étoient point réguliers, mais ils enchantoient tous ensemble: vous n'y trouviez point ce qu'on admire, mais ce qui pique: ses cheveux tomboient négligemment sur ses épaules, mais cette négligence étoit heureuse: sa taille étoit charmante; elle avoit cet air que la nature donne seule, & dont elle cache le secret aux pein-

Appulimus casu sacrata ad littora Deli.
Dianam hic, Phœbumque Jovis de semine adorant
Quos vaga per pelagus peperit Latona gemellos
Junonis vitans odium: sine crimine cives,
Moribus insignes, & relligione, fideque.
Inspirata Deo totum consulta per Orbem
Hic, veluti Delphis, oracula Pythia reddit.
Illa diu tenuit; stabili at ne sede morarer,
Inconstans mihi mens, alio quod fata vocabant,
Quæ modica in tenebris prænoscit luce futurum,
Particulam tenuis, dixque quod hauriat auræ,
Formato magnus quam corpore spirat in illam
Rerum Opifex, seu quod sopito nocte cerebro,
Corporeo nexu, vinclisque soluta vagatur,
Ut rerum cæcas valeat cognoscere caussas,
Et fati tectas legere ex adamante tabellas.
Interea noctu sopitis sensibus, almus
Objectis animus quum liber, vanus eburnis
E foribus, falsa nec lusit imagine Morpheus;
Splendenti Virgo facie comparuit: hæsi,
Mortalisne foret, Cælo an delapsa; venustas
Ore, genis, lata majestas fronte, nitebant
Lumina, vicino ceu solis Phosphorus ortu,
Corpore procero sparsis ad terga capillis,
Non Veneri par forma quidem; tamen illa placebat,

 Ut

peintres même. Elle vit mon étonnement; elle en fourit. Dieux! quel fouris! Je fuis, me dit-elle d'une voix qui pénétroit le cœur, la feconde des Graces. Vénus, qui m'envoie, veut te rendre heureux; mais il faut que tu ailles l'adorer dans fon temple de Gnide. Elle fuit; mes bras la fuivirent: mon fonge s'envola avec elle; & il ne me refta qu'un doux regret de ne la plus voir, mêlé du plaifir de l'avoir vue.

Je quittai donc l'isle de Délos: j'arrivai à Gnide. Je puis dire que d'abord je refpirai l'amour. Je fentis, je ne puis pas bien exprimer ce que je fentis. Je n'amois pas encore, mais je cherchois à aimer: mon cœur s'échauffoit comme dans la préfence de quelque beauté divine. J'avançai; & je vis, de loin, de jeunes filles qui jouoient dans la prairie: je fus d'abord entraîné vers elles. Infenfé que je fuis! difois-je: j'ai, fans aimer, tous les égaremens de l'amour: mon cœur vole déja vers des objets inconnus; & ces objets lui donnent de l'inquiétude. J'approchai: je vis la charmante Thémire. Sans doute que nous étions faits l'un pour l'autre. Je ne regardai qu'elle, & je crois que je ferois mort de douleur, fi elle

n'avoit

Ut Venus, & dio splendebat lumine vultus,
Obstupui visa, subridens illa stupenti
Sic mihi dulcisona paucis est voce locuta.
Euphrosyne, Charitum una, vocor, me legat ab astris
Ipsa Venus, faciet quæ terque quaterque beatum;
Ast opus ad Gnidiam venerari protinus aram.
Vix ea fata, velut fulgetrum, evanuit auram
In tenuem, frustraque oculis ego prosequor illam.
Si dolui amissa, remanet vidisse voluptas.
Nulla mora: ascendo navim, Delumque relinquo,
Inque Gnidum prosper subito me detulit Eurus.
Littore vix Gnidium respirans aëra, sensi
Mollitum mihi cor, mollitaque pectora, dulci
Exuri flamma cum mollibus ossa medullis;
Nescius interea sed cujus amore calerem.
Haud procul hinc multas vidi viridante puellas
In prato florum redimitas splendida sertis
Tempora, ludentes, exercentesque choreas,
Quas inter Themirim; toto quæ vertice supra est:
Qualis ad Eurotæ ripas armata pharetris
Nympharum Diana choro supereminet omnes.
Ut vidi, subito primus formatur Amoris
Embryo, mox oritur momento factus adultus.
In campum sic rara cadit quum gutta sub æstu,

n'avoit tourné ſur moi quelques regards. Grande Vénus, m'écriai-je, puiſque vous devez me rendre heureux, faites que ce ſoit avec cette bergère : je renonce à toutes les autres beautés ; elle ſeule peut remplir vos promeſſes & tous les vœux que je ferai jamais.



CIN-

Nascitur, & saltans in pulvere rauca coaxat,
Vicinamque petit celeri pede rana paludem.
Hanc avidis æstro quum contemplarer ocellis
Abreptus, contra vibrabat & illa vicissim
Ore renidenti me versus lumina, cordi
Dulcia qua subito fatalia spicula sensi.
Hanc addixerunt mihi Fata; Gnidumque vocavit
Euphrosynem legans ideo me Mater Amoris
Alma Venus: potiar solus Themiri, auspice Fato:
A Superis unum hoc licet exorare; potitus
Hac animus, voti compos nil expetit ultra.
Non Helenam Menelao, Orianem, sceptra, coronas
Spernens invideam Candauli; sceptra, coronæ
In Themiri sola; Themiris mea sola voluptas.



CAN-



CINQUIEME CHANT.

JE parlois encore au jeune Ariſtée de mes tendres amours; ils lui firent ſoupirer les ſiens; je ſoulageai ſon cœur, en le priant de me les raconter. Voici ce qu'il me dit: je n'oublierai rien; car je ſuis inſpiré par le même dieu qui le faiſoit parler.

Dans tout ce récit, vous ne trouverez rien que de très-ſimple: mes aventures ne ſont que ſentimens d'un cœur tendre, que mes plaiſirs, que mes peines; &, comme non amour pour Camille fait le bonheur, il fait auſſi toute l'hiſtoire de ma vie.

Camille eſt fille d'un des principaux habitans de Gnide; elle eſt belle; elle a une phyſionomie qui va ſe peindre dans tous les cœurs: les femmes qui font des ſouhaits, demandent aux dieux les graces de Camille; les hommes qui la voient, veulent la voir toujours, ou craignent de la voir encore.

Elle

CANTUS QUINTUS.

CUm gemitu me tracta interrupere loquentem
Dulcis Aristæi suspiria pectore; blandis
Solari subito verbis conatus Amicum,
Atque sui seriem precor ut narraret amoris.
Tum sic affatur; referamque fideliter, afflat
Amborum si Numen idem præcordia. Postquam
Incaluit dulci mihi pectus amore Camillæ
Eventus varios nunc auribus excipe pronis,
Dextera succedunt lævis, adversa secundis,
Inque vicem variant semper dolor, atque voluptas,
Sola Camilla meæ sed toto tempore vitæ
Historiam texet. Gnidus illi patria tellus,
Divitibus, clarisque parentibus orta, decora,
Ut Cœlo stellas inter Cynosura, puellis
Sed forma præstat, quarum concepta Deorum
Ante sacras aras ferventia vota, lepores
Ut similes habeant, profuso munere soli
E Cœlo Charites quos concessere Camillæ.
Resplendent oculi, sudo ceu sidera Cœlo;
At feriunt dulci, ceu spicula, vulnere pectus.
Omnis abest sed fastus, abestque superbia formæ,
Et facie fucus, sine smegmate, fonte lavatur,

Elle a une taille charmante, un air noble, mais modeste, des yeux vifs & tout prêts à être tendres, des traits faits exprès l'un pour l'autre, des charmes invisiblement assortis pour la tirannie des cœurs.

Camille ne cherche point à se parer, mais elle est mieux parée que les autres femmes.

Elle a un esprit que la nature refuse presque toujours aux belles. Elle se prête également au sérieux & à l'enjouement. Si vous voulez, elle pensera sensément; si vous voulez, elle badinera comme les Graces.

Plus on a d'esprit, plus on en trouve à Camille. Elle a quelque chose de si naïf, qu'il semble qu'elle ne parle que le langage du cœur. Tout ce qu'elle dit, tout ce qu'elle fait, a les charmes de la simplicité; vous trouvez toujours une bergère naïve. Des graces si légères, si fines, si délicates, se font remarquer, mais se font encore mieux sentir.

Avec tout cela, Camille m'aime: elle est ravie quand elle me voit, elle est fâchée quand je la quitte; &, comme si je pouvois vivre sans elle, elle me fait promettre de revenir. Je lui dis tou-

Vix plexi pendent ad lactea colla capilli,
Illos nec Cinifio calamistro scitus inurit,
Quum lassent aliæ Ciniflones, alba corusco
Cum margaritis ornantes colla pyropo,
Oblongaque mitra redimitæ tempora, nexis
Floribus, & plumis, currus ne culmina tangant
Invectæ curvo pergunt per compita collo.
Haud aliter sese turrito vertice monstrat
Divorum Mater Berecynthia monte sub Ida.
Ornatas omnes sed pulcrior eminet inter,
Adstantumque oculos ad se trahit illa; sagaci,
Quod pulcris natura negat, vi pollet acuti
Ingenii, lætis in tempore seria miscens,
Candida simplicitas ruris, non civicus astus
Ejus inest verbis, puro manantibus imi
Cordis fonte, procul fraudes mendacia; tantis
Corporis, atque animi quæ prædita dotibus, unum
Me colit, hoc nunquam sperantem posse mereri;
Me, rogat, ut redeam citus, excedente, doletque
Anxia, sollicitoque metu, si longius absim,
Torquetur, subito sed me redeunte, renidet.

Ex-

toujours que je l'aime, elle me croit: je lui dis que je l'adore, elle le fait; mais elle est ravie, comme si elle ne le savoit pas. Quand je lui dis qu'elle fait la félicité de ma vie, elle me dit que je fais le bonheur de la sienne. Enfin elle m'aime tant, qu'elle me feroit presque croire que je suis digne de son amour.

Il y avoit un mois que je voyois Camille, sans oser lui dire que je l'aimois, & sans oser presque me le dire à moi-même: plus je la trouvois aimable, moins j'espérois d'être celui qui la rendroit sensible. Camille, tes charmes me touchoient; mais ils me disoient que je ne te méritois pas.

Je cherchois par-tout à t'oublier; je voulois effacer de mon cœur ton adorable image. Que je suis heureux! je n'ai pu y réussir; cette image y est restée, & elle y vivra toujours.

Je dis à Camille: j'aimois le bruit du monde, & je cherche la solitude; j'avois des vues d'ambition, & je ne desire plus que ta présence; je voulois

er-

Exsiliunt oculi vultu, cor pectore, vultu
Exsiliunt oculi, cor & mihi pectore, tantam
Ebrius haud credo sortem potuisse mereri.
Sorte mea reputo me terque, quaterque beatum,
Sorte sua reputat se terque, quaterque beatam.
Falcato latuit, pleno dein orbe refulsit
Candida Luna polo, mutam nec solvere linguam
Ausus, & occulto mihi molles igne medullas
Exurebat Amor, præcordiaque ima vorabat.
Manantes lacrymis oculi, suspiria sed me
Prodebant, gemitusque querentis, & ipsa doloso
Flamma latens cineri quandoque erumpere tentat,
An potius se inter mentes, animæque vicissim
Harmonia quadam concordi voce loquutæ?
Tentavi primo vulnus curare, profundo
Altius infixum sed velli pectore telum
Haud potuit; sed nunc conatum gaudeo felix
Eventu caruisse; citis inflata per altum
Ambitio pelagus, tendebat carbasa ventis,
Ad ratis intendens oculos, & brachia clavum,
Optabam summo jam publica munera nisu,
Promptus adesse Foro Patronus mane Clienti,
Et Procerum pernox terere ardua limina; fœdæ

Nec

errer ſous des climats reculés, & mon cœur n'eſt plus citoyen que des lieux où tu reſpires: tout ce qui n'eſt point toi, s'eſt évanoui de devant mes yeux.

Quand Camille m'a parlé de ſa tendreſſe, elle a encore quelque choſe à me dire; elle croit avoir oublié ce qu'elle m'a juré mille fois. Je ſuis ſi charmé de l'entendre, que je feins quelquefois de ne la pas croire, pour qu'elle touche encore mon cœur: bien-tôt regne entre nous ce doux ſilence, qui eſt le plus tendre langage des amans.

Quand j'ai été abſent de Camille, je veux lui rendre compte de ce que j'ai pu voir ou entendre. De quoi m'entre-

tiens-

Nec me tædebat, quantum nunc pœnitet, aulæ.
Agricolas inter campis nunc solus, & inter
Pastores silvis illa nunc versor abacta,
Urbe, Foro, Procerum tectis, sed longius Aula.
Æthiopum calidas, gelidas, septemque trionis
Mens erat Eoas pinu tentare fugaci,
Hesperiasque plagas, Urbes ut cernere longe,
Et varios hominum mores addiscere quirem.
Te solam sed nunc celeri pede solis ab ortu
Sector ad occasum, respirans aëra, quem tu
Respiras, & te versus me verto, coruscum
Vertitur ad Solem, Clytiæ ceu flosculus horto;
Inque vicem illa sui cursum mihi narrat amoris
Sæpe eadem repetens, dudum quæ dixit, & illum
Quem juramento firmaverat ante, novato
Confirmat rursum: quæ amborum magna voluptas;
Illius utque acuam, fungens vice cotis, amantis
Juratæ quamvis fingo non credere linguæ:
At clauso quum lingua quiescit in ore, loquaces
Sunt oculi, nutus, suspiria, dulcis Amantum,
Claraque vox. Ego si rediens narrare, quod Urbis
Audivi, aut vidi per compita, sive per agros, In-

tiens tu, me dit-elle? parle-moi de nos amours: ou, ſi tu n'as rien penſé, ſi tu n'as rien à me dire, cruel, laiſſe-moi parler.

Quelquefois elle me dit, en m'embraſſant, tu es triſte. Il eſt vrai, lui dis-je: mais la triſteſſe des amans eſt délicieuſe; je ſens couler mes larmes, & je ne ſais pourquoi, car tu m'aimes; je n'ai point de ſujet de me plaindre, & je me plains: ne me retire point de la langueur où je ſuis; laiſſe-moi ſou-

Incipiam, filum abrumpit, clauditque loquentis
Protinus os; horum, exclamat, nil pertinet ad nos;
Pertinet unus amor, nobis memorandus & unus:
Hæc tantum jugis tangat nos cura, nec altra.
Absens anne mei meminisli? noƈte, dieque
Ipsa tui certe; menti tua dulcis imago
Hæret, & hærebit, reget hos dum spiritus artus,
Nec pota Elysiis Lethes delebitur unda.
An procul ex oculis, & peƈtore? visane forsan
Pulcrior infidum feriit cor? Diique, Deæque
Irati hanc perdant, & ad intima Tartara trudant;
Fabor ego, teneri nunquam quam tædet amoris.
Pareo si mœstus, quod Amantibus accidit, ipsas
Delicias inter, fletu ut sit mixta voluptas,
Mœstitiæ quæ caussa rogat, mille oscula figens,
Et lacrymas siccans, arƈtis amplexibus urget.
Ast ego; mœstitiæ, si nescis, ipsa voluptas
Fida comes, lacrymisque meum cor gaudet; amoris
Conscius ipse tui; fletu sed pascor inani.
Ex oculis lacrymas, mirum! ciet ipsa voluptas:
Cor æque pœnas, & gaudia fluƈtuat inter,
Dum

pirer en même-temps mes peines & mes plaisirs.

Dans les transports de l'amour, mon ame est trop agitée; elle est entraînée vers son bonheur sans en jouir: au lieu qu'à présent je goûte ma tristesse même. N'essuie point mes larmes: qu'importe que je pleure, puisque je suis heureux?

Quelquefois Camille me dit: Aime-moi. Oui, je t'aime. Mais comment m'aimes-tu? Hélas! lui dis-je, je t'aime comme je t'aimois: car je ne puis comparer l'amour que j'ai pour toi, qu'à celui que j'ai eu pour toi-même.

J'entends louer Camille par tous ceux qui la connoissent: ces louanges me touchent, comme si elles m'étoient personnelles; & j'en suis plus flatté qu'elle-même.

Quand il y a quelqu'un avec nous, elle parle avec tant d'esprit, que je suis enchanté de ses moindres paroles; mais j'aimerois encore mieux qu'elle ne dît rien.

Quand elle fait des amitiés à quelqu'un, je voudrois être celui a qui elle fait des amitiés, quand, tout à coup, je fais réflexion que je ne serois point aimé d'elle.

Prends

Dum rapido rapior te versus amoris ab æstu.
Prorumpo in lacrymas; ne sicca; forsitan ipsa
Gaudeo mœstitia: lacrymas manare juvabit.
Si laudant aliqui formam, moresque Camillæ,
Ut propriis lætor; totus transformor in illam,
Laudibus exsulto, tumidusque superbio: certe
Illa suis, aut ipse meis non tangimur æque.
Alloquitur si forte aliquem, quæ gratia dictis!
Dispositi miro qui sensus ordine! blando
Hyblæum mel ore fluit, dulcique catena
Astantes mecum, Celtæ velut Herculis, auro
Allicit, affatam sed nunquam postea vellem,
Urbanum si cui, mos ut viget inter Amicos,
Officium reddit, vecors hanc protinus illi
Invideo sortem; me solor at inde, quod illum
Non amat, invidiamque fugo sic pectore; tali
Dein tundo teneras aures sermone Camillæ:

Prends garde, Camille, aux impostures des amans. Ils te diront qu'ils t'aiment, & ils diront vrai: ils te diront qu'ils t'aiment autant que moi; mais je jure, par les dieux, que je t'aime davantage.

Quand je l'apperçois de loin, mon esprit s'égare: elle approche, & mon cœur s'agite: j'arrive auprès d'elle, & il semble que mon ame veut me quitter, que cette ame est a Camille, & qu'elle va l'animer.

Quelquefois je veux lui dérober une faveur; elle me la refuse, &, dans un instant, elle m'en accorde une autre. Ce n'est point un artifice: combattue par sa pudeur & son amour, elle voudroit me tout refuser, elle voudroit pouvoir me tout accorder.

Elle me dit: ne vous suffit-il pas que je vous aime? que pouvez-vous désirer après mon cœur? Je désire, lui dis-je, que tu fasses pour moi une faute que l'amour fait faire, que le grand amour justifie.

Ca-

Innexis, caveas, ne tu fallaris Amantum
Fraudibus, incautæ si subdola retia tendant,
Si tua signa sequi dicant, & amare frequenti
Cultu, forsan erit verum; si quantum ego, per te,
Per Styga supremo metuendam juro Tonanti,
Illos mentiri, tantumque quis æquet amorem?
Oceanum cohibet si littus, littus amori
Nullum crede meo, nec metam, vastus inundat,
Et rapidus veluti vortex trahit omnia secum.
Eminus adspecta subito cor palpitat, ictu
Vena micat celeri, pallor, rubor ore vicissim
Succedunt; adstat sed quum prope, corde tumultus
Major, & invadit cerebri vertigo, solutam
Corporeis animam vinclis, nexuque, relicta
Sede sua, in corpus credam migrare Camillæ.
Oscula si posco, torvo negat oscula vultu;
Interea dextræ facilis conjungere dextram:
Sic tenero durus pudor adversatur amori,
Et pugnat; quandoque pudor si vincit amorem,
Victor amor superat prostratum sæpe pudorem.
Africus hinc, Boreas illinc si carbasa tendunt,
Sic ratis oppositis agitatur in æquore ventis.
Sat tibi noster amor, jugi præcordia flamma
Quo fervent, ait illa, quid exigis improbus ultra?
Quod, duce Natura, vivax amor expetit. Omen

Aver-

Camille, ſi je ceſſe un jour de t'aimer, puiſſe la Parque ſe tromper, & prendre ce jour pour le dernier de mes jours! Puiſſe-t-elle effacer le reſte d'une vie que je trouverois déplorable, quand je me ſouviendrois des plaiſirs que j'ai eus en aimant!

Ariſtée ſoupira, & ſe tut; & je vis bien qu'il ne ceſſa de parler de Camille, que pour penſer à elle.



Avertant Superi, quod si nostro excidat unquam,
Aut frigescat amor malefido pectore, vitæ
Protinus abrumpat fatalia stamina Clotho.
Infelix sine te quî possem vivere? finit
Suspirans; tacitusque revolvit mente Camillam.





SIXIÈME CHANT.

PEndant que nous parlions de nos amours, nous nous égarâmes; &, après avoir erré long-temps, nous entrâmes dans une grande prairie: nous fûmes conduits, par un chemin de fleurs, au pied d'un rocher affreux. Nous vîmes un antre obscur; nous y entrâmes, croyant que c'étoit la demeure de quelque mortel. Oh dieux! qui auroit pensé que ce lieu eût été si funeste! A peine y eus-je mis le pied, que tout mon corps frémit, mes cheveux se dresserent sur la tête. Une main invisible m'entraînoit dans ce fatal séjour: à mesure que mon cœur s'agitoit, il cherchoit à s'agiter encore. Ami, m'écriai-je, entrons plus avant, dussions-nous voir augmenter nos peines. J'avance dans ce lieu, où jamais le soleil n'entra, & que les vents n'agiterent jamais. J'y vis la Jalousie; son aspect étoit plus sombre que terrible: La Pâleur, la Tristesse, le Silence l'entouroient, & les Ennuis voloient autour d'elle. Elle souffla sur nous, elle nous

CANTUS SEXTUS.

INterea gressu suspenso advertimus, extra
Nos errare viam per prata virentia late,
Præruptus queis finis erat mons, cujus ad imas
Radices vastum longe spectavimus antrum,
Naturæ, non artis opus; nos tecta putantes
Pastorum, & pecudum, noctu, vel solis ob æstum
Meridie, alitibus lævis accessimus, etsi
Mens præsaga mali, concussaque corda tumultu
Retraherent ambos, sed vis occulta trahebat
Haud visis uncis, & ineluctabile fatum.
Huc nitidi nunquam Solis lux alma penetrat,
Nec tenebris crassum motat levis aëra ventus.
Quod miseros torquet Mortales, pectus acutis,
Duratisque gelu telis quod pungit Amantum,
Numinis hæc sedes; ad terram lumine fixo
Sanguineo sedet in folio, jugesque feraci
Hic hominum strages, & funera mente revolvit.
Pallor in ore, genis macies, oculique cavati
Rugosa sub fronte; insomnia turbida circum,
Lenta voluptatum, atque ipsius nausea vitæ.
Mordaces Curæ volitant, & mille silentes
Horrendis visu, diversis undique formis
Hac illac Umbræ, Cocytia spectra vagantur.

mit la main ſur le cœur, elle nous frappa ſur la tête; & nous ne vîmes, nous n'imaginâmes plus que des monſtres. Entrez plus avant, nous dit-elle, malheureux mortels; allez trouver une déeſſe plus puiſſante que moi. Nous vîmes une affreuſe divinité, à la lueur des langues enflammées des ſerpens qui ſiffloient ſur ſa tête; c'étoit la Fureur. Elle détacha un de ſes ſerpens, & le jetta ſur moi: je voulus le prendre; déja, ſans que je l'euſſe ſenti, il s'étoit gliſſé dans mon cœur. Je reſtai un mo-

Italus hinc (a) *adstat, vigil illinc Lictor Iberus:*
Æthiopes servant Eunuchi limina muti.
Quum solium propius torvo nos lumine spectat,
Comprimit algenti læva cor; tempora pulsat
Dextera, dum Stygio fœdam, gravidamque veneno
In stupidos animam sufflat, rictuque canino,
Ulterius miseri procedite, sævior, inquit,
Me furor hic habitat; subitoque apparuit ignem
Naribus expirans monstrum; pro crinibus angues
Pendebant humeris, qui dum per tergora serpunt
Flammato linguas vibrantes ore trisulcas,
Obscuro dubium reddebant lumen in antro.
Horruimus viso: stygiis emissa cavernis
In sua stant verso hinc Suicidia viscera ferro,
Illinc strata solo sed Desperatio, labrum,
Et digitos mordens se circumvolvit; acerbo
At Furor adspectu, transversa tuentibus hirquis,
In me conjecit divulsum crinibus anguem.
Conatus manibus longe depellere frustra,
Nam citus in trepidans subrepsit pectus, & arctis

(a) Apposite ad limen finguntur Italus, & Iberus, qui magis quam aliæ Nationes Zelotypia laborant.

ment comme ſtupide : mais, dès que le poiſon ſe fut répandu dans mes veines, je crus être au milieu des enfers : mon ame fut embraſée, &, dans ſa violence, tout mon corps la contenoit à peine : j'étois ſi agité, qu'il me ſembloit que je tournois ſous le fouet des Furies. Nous nous abandonnâmes à nos tranſports ; nous fîmes cens fois le tour de cet antre épouvantable: nous allions de la Jalouſie à la Fureur, & de la Fureur à la Jalouſie : nous criions, Thémire ! nous criions, Camille ! Si Thémire, ou Camille étoient venues, nous les aurions déchirées de nos propres mains.

Enfin, nous trouvâmes la lumière du jour ; elle nous parut importune, & nous regretâmes preſque l'antre affreux que nous avions quitté. Nous tombâmes de laſſitude ; & ce repos même nous parut inſupportable. Nos yeux nous refuſerent des larmes, & notre cœur ne put plus former de ſoupirs.

Je fus pourtant un moment tranquille : le Sommeil commençoit à verſer ſur moi ſes doux pavots. Oh dieux ! ce ſommeil même devint cruel. J'y voyois des images plus terribles pour moi que les pâles Ombres : je me ré-

veil-

Cor ſubito ſpiris invaſit lethifer anguis,
Et toto ſparſit lethæum corpore virus.
Iram ſpirantes, & nigro felle tumentes
Currimus hac illac clamantes arma per antrum,
Arma, cruces, laqueos, uncos, aconita, ſecures:
Ipſe meam Themirin, laniaret & ille Camillam,
Nos prope talis erat rabies, ſi forte fuiſſent.
Ægiſtho cæſa cum mœcho matre Mycenis
Non ſecus infelix furiis agitatus Oreſtes.
Tartareo tandem triſtes exceſſimus antro,
At nitida Solis nequaquam luce fruentes;
Nam velut eclipſi nigro velatus amictu
Sol apparebat denſa caligine tectus.
Et ſaxo ſimiles ſaxo conſedimus, acri
Cum larvis laſſi lucta, ſudore madentes,
Sed requies gravis ipſa, nec apta levare laborem.
Pumicei lacrymas oculi, ſuſpiria durum
Pectus, mœſtorum ſolatia vana, negabant.
Pectore dum paullum deferbuit ira, ſoporem
Incertum Morpheus laſſis immiſit ocellis.
Aſt ægram turbant inſomnia turpia mentem.

veillois à chaque instant sur une infidélité de Thémire; je la voyois.... Non, je n'ose encore le dire; & ce que j'imaginois seulement pendant la veille, je le trouvois réel dans les horreurs de cet affreux sommeil.

Il faudra donc, dis-je en me levant, que je fuie également les ténebres & la lumière! Thémire, la cruelle Thémire m'agite comme les Furies. Qui l'eût cru, que mon bonheur seroit de l'oublier pour jamais!

Un accès de fureur me reprit: Ami, m'écriai-je, leve-toi. Allons exterminer les troupeaux qui paissent dans cette prairie: poursuivons ces bergers dont les amours sont si paisibles. Mais non:

Visa mihi Themiris Thyrsi .... sed protinus ira
Excutitur somnus, rabies me corripit: ergo
Sopitum, clamo, vigilemque agitabit Erinnys?
Infidam Themirim sic compellare licebit,
Quæ miserum semper torquet, quis crederet unquam
Fonte voluptatum tantos manare dolores?
Non procul, hæc inter deliria, cerno virentem
Balantumque, boumque greges, armenta per agrum,
Et passim sparsos pastores; agmine facto
Versibus hinc alii certant, cantuque, trichordem
Dum citharam pulsant alii, tenuesque cicutas
Inflant frondosæ patulo sub tegmine fagi;
Cum pulcris illinc choreas miscere puellis
Mens aliis; deerant nec tympana, sistra Canopi,
Et resonant colles, vallesque celeusmate circum.
Quod placidis illi fruerentur amoribus, acri
Invidia rosus; rediit nam corde tumultus:
Ira, furorque iterum, jecur atra bile tumescit.
Mactatis, amens ajo, Pastoribus, omnes
Mactemus pecudes; rivis fluat undique sanguis,
Et crescant sata læta, rigatis sanguine campis,
In pecudes olim ut Telamonius irruit Ajax,

Dum

je vois de loin un temple ; c'eſt peut-être celui de l'Amour : allons le détruire, allons briſer ſa ſtatue, & lui rendre nos fureurs redoutables. Nous courûmes ; & il ſembloit que l'ardeur de commettre un crime nous donnât des forces nouvelles : nous traversâmes les bois, les prés, les guérets ; nous ne fûmes pas arrêtés un inſtant : une colline s'élevoit en vain, nous y montâmes ; nous entrâmes dans le temple : il étoit conſacré à Bacchus. Que la puiſ-

ſan-

Dum Græcos Proceres occidere credit, Achillis
Addictis Laërtiade fatalibus armis;
Dein proprium constans animo procumbit in ensem.
Est gravis, infida Themiri, mihi vita, micantes
Jam Solis radios odi; exoptabile lethum.
Prærupti viso sed montis vertice templo,
Consilium in pejus libuit mutare; dicatum
Forsan erit, nostrum lacerat qui pectus, Amori;
Ad Socium clamo, celeres adeamus, & imo
Alta solo, aërea cum turri mœnia templi
Postibus effractis æquemus: destruat aras,
Suspensasque tholis mendaces ira tabellas
Incendat; falsi simulacrum e marmore Divi
Frangamus, liceatque in rudera mejere: promptas
Sacrilegi sceleris meditatio præbuit alas:
Emensaque via per plana, per avia montem
Scandimus; ingressi sed templum advertimus almo
Sacratum Baccho; Bacchi vix numine viso,
Excidit ex animo furor omnis, & ira fugatur,
Almaque tranquillo subito pax reddita cordi.
Sic tumido late pelago quum flantibus Austro
Hinc, illinc Borea tolluntur ad æthera fluctus,
Et fremitu magni montes volvuntur aquarum,

Ima

ſance des dieux eſt grande ! Notre fureur fut auſſitôt calmée. Nous nous regardâmes, & nous vîmes avec ſurpriſe le déſordre où nous étions.

Grand dieu ! m'écriai-je, je te rends moins graces d'avoir appaiſé ma fureur, que de m'avoir épargné un grand crime. Et, m'approchant de la prêtreſſe: nous ſommes aimés du dieu que vous ſervez ; il vient de calmer les tranſports dont nous étions agités ; à peine ſommes-nous entrés dans ce lieu, que nous avons ſenti ſa faveur préſente : nous voulons lui faire un ſacrifice. Daignez l'offrir pour nous, divine prêtreſſe. J'allai chercher une victime, & je l'apportai à ſes pieds.

Pendant que la prêtreſſe ſe préparoit à donner le coup mortel, Ariſtée prononça ces paroles : Divin Bacchus, tu aimes à voir la joie ſur le viſage des hommes : nos plaiſirs ſont un culte pour toi ; & tu ne veux être adoré que par les mortels les plus heureux.

Quel-

Ima petunt pavidi pisces, portumque phaseli:
Æolus immites si ventos carcere claudat,
Lucidus apparet Phœbus, sine nubibus æther;
Incurvum lambunt undæ sine murmure littus,
Et piscatores ad solem retia siccant.
Quas referam, clamo, meritas pro munere grates,
Bacche pater, quod pax animo data, corde fugatus
Quod pavor, & Themiris paret jam dulcis imago?
Sacrilegum mage quod crimen vitavimus ambo?
Fit gravis interea templi vittata Sacerdos
Obvia; turmatim juvenesque, senesque sequuntur.
Nos mala quæ passi narravimus ordine, fausti
Immunes queis jam præsenti Numine Bacchi,
Votaque concipimus, gratissima victima Baccho
Mactetur graveolens, viti qui noxius, hircus.
Victima dum trahitur, dum sacra secespita collo
Imminet; inflexo sacram prostratus ad aram
Orat Aristæus sic poplite: Bacche bimater,
Maturo nondum partu quod fraude novercæ
Extincta Semele, tibi Juppiter altera Mater;
Vitisator Lenæe, tuo si munere mutant,
Ut Cereris glandem frumento, fluminis undas
Insipidas, brutis communes, nectare Divum
Mortales, abigunt quo tristes pectore curas,
Corpore depellunt morbos, sævique dolores
Mitescunt, placidum quum somnum immittis ocellis, Ipsa-

Quelquefois tu égares doucement notre raison : mais, quand quelque divinité cruelle nous l'a ôtée, il n'y a que toi qui puisse nous la rendre.

La noire Jalousie tient l'Amour sous son esclavage ; mais tu lui ôtes l'empire qu'elle prend sur nos cœurs, & tu la fais rentrer dans sa demeure affreuse.

Après que le sacrifice fut fait, tout le peuple s'assembla autour de nous ; & je racontai à la prêtresse comment nous avions été tourmentés dans la demeure de la Jalousie. Et, tout à coup, nous entendîmes un grand bruit, & un mêlange confus de voix & d'instrumens de musique. Nous sortîmes du temple ; & nous vîmes arriver une troupe de bacchantes qui frappoient la terre de leurs thyrses, criant à haute voix, Evohé ! Le vieux Silene suivoit, monté sur son âne : sa tête sembloit chercher la terre ; & sitôt qu'on abandonnoit son corps, il se balançoit comme par mesure. La troupe avoit le visage barbouillé de lie. Pan paroissoit ensuite avec sa flûte, & les Satyres entouroient leur roi. La joie règnoit avec le désor-

Ipsaque sæpe mero virtus, ratioque calescunt,
Lætitiam nostris generas tu cordibus, acrem
Vim cerebro, duris inopes tu cornibus armas,
Liber ades, si armata gelu Dea sæva potenti
Imperio nostrum sua sub juga misit amorem,
In libertatem tu protinus assere, victor
Dulcis amor redeat tranquillum in pectus & antrum
Illa suum repetat tristis, Stygiamve paludem.
Mactatus postquam Bacchi caper imbuit aram
Sanguine, conceptis votis, & rite litato
Festivum nostras longe pervenit ad aures
Fœmineis murmur resonans ululatibus; adsunt
Bacchantes sparsis ad lurida colla capillis,
Pampineisque solum pulsantes Evohe thyrsis,
Evohe discordi clamabant Evohe cantu;
Disparibus calamis streperam Pan capripes inflat
Syringem; sequitur Satyriscorum ordine nullo
Turba procax, incompositisque incompta choreis
Carmina saltantes cantabant ora peruncti
Fæcibus, atque alii discordia tympana pulsant.
Curva mimalloneis resonabant cornua bombis,
Et resonæ murmur reddebant undique valles.
Agmen at insidens tardo Silenus asello,
Hac illac passim nutans, & ventre capaci
Pendebat lateri siccata cucurbita, claudit.
Invectus curru, rubris quem consitus uvis
Pam-

dre; une folie aimable mêloit ensemble les jeux, les railleries, les danses, les chansons. Enfin, je vis Bacchus; il étoit sur son char traîné par des tigres, tel que le Gange le vit au bout de l'univers, portant par-tout la joie & la victoire.

A ses côtés étoit la belle Ariane. Princesse, vous vous plaigniez encore de l'infidélité de Thésée, lorsque le dieu prit votre couronne, & la plaça dans le ciel. Il essuya vos larmes. Si vous n'aviez pas cessé de pleurer, vous auriez rendu un dieu plus malheureux que vous, qui n'étiez qu'une mortelle. Il vous dit: aimez-moi. Thésée fuit; ne vous souvenez plus de son amour, oubliez jusqu'à sa perfidie. Je

vous

Pampinus ornabat circum, binæque trahebant
Spumanti tigres mordentes ore lupatum,
Et scuticæ duri dociles parere Magistri,
Apparet Bacchus; facies, oculique rubebant,
Ore renidenti redimitus bina corymbis
Cornua, protensis manibus duo cymbia præfert
Plena sibi, sponsæque, cadum dum terga premebant.
Læta triumphantem vidit sic India Bacchum.
Numinis ad lævam formosa Ariadna sedebat:
Bacchus ab infido desertam in littore Theseo,
Et lacrymas inter clamantem, perfide Theseu,
Flecte ratem Theseu, versoque relabere vento,
Invenit, mœstamque Deus solatus amavit;
Et stellas inter Cœlo sua serta locavit.
Dum fatur, lacrymas dum siccat, & oscula figit
Amplexus arctos inter: Jam perfidus altum
Nave petit, miseram te linquens; excidat omnis
Corde tuo vecors amor, oblivi scere & ipsam
Perfidiam Thesei; Deus haud e plebe Deorum
Te Superos inter bis sex amat; utque perennis
Noster amor duret, nec mors abrumpere possit,
Immortalis eris, Divumque accumbere lautis
Cum Jove tum liceat mensis, & nectare vesci;

vous rends immortelle, pour vous aimer toujours.

Je vis Bacchus descendre de son char; je vis descendre Ariane; elle entra dans le temple. Aimable dieu, s'écria-t-ellle, restons dans ces lieux, & soupirons-y nos amours. Faisons jouir ce doux climat d'une joie éternelle. C'est auprès de ces lieux que la reine des cœurs a posé son empire; que le dieu de la joie régne auprès d'elle, & augmente le bonheur de ces peuples déja si fortunés.

Pour moi, grand dieu, je sens déja que je t'aime davantage. Quoi! tu pourrois quelque jour me paroître encore plus aimable! Il n'y a que les immortels qui puissent aimer à l'excès, & aimer toujours davantage; il n'y a qu'eux qui obtiennent plus qu'ils n'esperent, & qui sont plus bornés quand ils desirent, que quand ils jouissent.

Tu feras ici mes éternelles amours.

Dans

Nec ruber e venis exin cruor, effluet albus.
Ad templum curru descendunt ambo, virumque
Talibus affatur dictis Ariadna: beatæ
Bacche dator vitæ, miseris mortalibus auctor
Lætitiæ cordi, juvet hic nos figere sedem,
Fixit ubi dudum geminorum mitis Amorum
Alma Venus genitrix, Hominum, Divumque voluptas,
Posthabitis Amathunte, Papho, Cyproque, relictis
Hic astris nostro nos semper amore fruamur.
Te Venerem par est imitari; grata voluptas
Ambobus, risus, genialia gaudia, lusus:
Felicemque magis, dulci mitissima sceptro
Quem regit ipsa Venus, Populum, nos reddere par est.
Flantibus hic Zephyris, sudus sine nubibus aër;
Perpetuo campi rident hic vere; coloni
Etsi avidi voto parentes messibus amplis,
Dulcior exurat molles hic flamma medullas,
Hic certe mihi crescit amor, mellita titillant
Cor magis, Arcitenens vibrat quæ tela Cupido:
At quo tendet amor, quo gaudia? nulla Deorum
Meta quidem, nulli cancelli, aut finis amori.
Accidit hoc tantum Diis immortalibus, ultra
Quod desiderium gaudent, majorque voluptas
Est desiderio, atque exundant gaudia late.
Dulcis amor meus hic, dulcis mea vita, meum cor, *Bac-*

Dans le ciel, on n'eſt occupé que de ſa gloire; ce n'eſt que ſur la terre & dans les lieux champêtres que l'on fait aimer. Et, pendant que cette troupe ſe livrera à une joie inſenſée, ma joie, mes ſoupirs & mes larmes même, te rediront ſans ceſſe mes amours.

Le dieu ſourit à Ariane, il la mena dans le ſanctuaire. La joie s'empara de nos cœurs, nous ſentîmes une émotion divine. Saiſis des égaremens de Silene, & des tranſports des bacchantes, nous prîmes un thyrſe, & nous nous mêlâmes dans les danſes & dans les concerts.



SEP-

Bacche bimater eris: dominetur gloria Cœlo,
Junonis fastus, frons & caperata Minervæ,
Triste supercilium, quo motat cuncta, Tonantis.
Regnet amor Terris, longe magis Urbe, beato
Rure, suas volucres ubi latius explicat alas.
Dumque litat Genio Populus, suspiria, molles
Jucundis oculi lacrymis testentur amorem,
Bacche, meum, atque arctis amplexibus oscula figit.
Bacchus ad hæc illi placidis subrisit ocellis,
Prensatamque manu templi ad penetralia ducit,
Quo nulli gressus fas est inferre profanos.
Interea nostrum replebant gaudia pectus,
Gaudia, quæ saliens cor vix capiebat, ovantes
Nos quoque Bacchantes inter, Satyrosque citatis
Passibus, afflati divino numine Bacchi
Pampineos capimus thyrsos, terramque strepenti
Dein pede pulsamus, clamantes, evohe passim,
Lymphatique caput dextra, lævaque movemus.



SEPTIÈME CHANT.

NOus quittâmes les lieux consacrés à Bacchus ; mais bientôt nous crûmes sentir que nos maux n'avoient été que suspendus. Il est vrai que nous n'avions point cette fureur qui nous avoit agités ; mais la sombre Tristesse avoit saisi notre ame, & nous étions dévorés de soupçons & d'inquiétudes.

Il nous sembloit que les cruelles déesses ne nous avoient agités que pour nous faire pressentir des malheurs auxquels nous étions destinés.

Quelquefois nous regrettions le temple de Bacchus, bientôt nous étions entraînés vers celui de Gnide : nous voulions voir Thémire & Camille, ces objets puissans de notre amour & de notre jalousie.

Mais nous n'avions aucune de ces douceurs, que l'on a coutume de sentir lorsque, sur le point de revoir ce qu'on aime, l'ame est déja ravie, & semble goûter d'avance tout le bonheur qu'elle se promet.

Peut-

CANTUS SEPTIMUS.

A Bacchi tandem nos æde recessimus, almæ
Ad Veneris læti remeantes ambo; tumultus
At redit, & nostro spatiatur corde, furoris
Etsi expers, trucibus curis comitatus, & atra
Mœstitia, nobis quæ nuncia certa malorum
Credita, queis antri servarent Numina; tristes,
Hærentesque diu, Venus, an repetendus Jacchus.
Progredimur tandem lentis at passibus, ægro
Volventes animo quæ pingit imagine nigra
Cæcus amor, dum cor glaciata cuspide figit.
Proximus adspectus Themiris, pulcræque Camillæ
Turbabat potius, quam tristia corda levabat.

Peut-être, dit Ariftée, que je trouverai le berger Lycas avec Camille; que fais-je, s'il ne lui parle pas dans ce moment? O dieux! l'infidelle prend plaifir à l'entendre!

On difoit l'autre jour, repris-je, que Thyrfis, qui a tant aimé Thémire, devoit arriver à Gnide: il l'a aimée, fans doute qu'il l'aime encore: il faudra que je difpute un cœur que je croyois tout à moi.

L'autre jour, Lycas chantoit ma Camille: que j'étois infenfé! j'étois ravi de l'entendre louer.

Je me fouviens que Thyrfis porta à ma Thémire des fleurs nouvelles: malheureux que je fuis! elle les a mifes fur fon fein! C'eft un préfent de Thyrfis, difoit-elle. Ah! j'aurois dû les arracher, & les fouler à mes pieds.

Il n'y a pas long-temps que j'allois, avec Camille, faire à Vénus un facrifice

de

Indignos forsan Melibœi auscultat amores,
Mussat Aristæus, prona nunc aure Camilla,
Sæpius audivi, ut resonarent antra [illegible]
Pro nostro ante aras prostratus amore perenni
Quum Veneri nuper facerem, lævo omine, binæ
Aufugiunt manibus procul in diversa columbæ,
In Thebanorum (a) *ceu fumus funere Fratrum.*
Infausto læsum ne trudat ad incita ludo,
Haud impar odium magno succedet amori:
Templi adytis ferro rivalem prosequar ipsis,
Indignoque sacros fœdabo sanguine muros.
Ast ego jam patriam repetens nigra alite, Thyrsis
De Themiris mecum certabit amore, fideli
Cujus ego solus credebam corde potiri?
Vere novo, memini, quum flores obtulit, illa
Ore renidenti flores acceptat, & ornat
Me coram crines, & pectus: pectore flores
Vellere debueram, & vulsos calcare: propinqua
Insculptum Themiris nostro cum nomine nomen
In silva passim plantarum cortice cultro

(a) Eteoclis, & Polynicis Œdipi ex Jocasta filiorum, qui pugionibus se invicem confoderunt, cadavera quum cremarentur ab Antigone Sorore, fumus Eteoclis meridiem versus, Polynicis arcticum polum abiit.

de deux tourterelles ; elles m'échapperent. J'avois écrit fur des arbres mon nom avec celui de Thémire ; j'avois écrit mes amours : je les lifois & relifois fans ceffe : un matin, je les trouvai effacées.

Camille, ne défefpere point un malheureux qui t'aime ; l'amour qu'on irrite, peut avoir tous les effets de la haine.

Le premier Gnidien qui regardera ma Thémire, je le pourfuivrai jufque dans le temple, & je le punirai aux pieds de Vénus.

Cependant nous arrivâmes près de l'antre facré où la déeffe rend fes oracles. Le peuple étoit comme les flots de la mer agitée : ceux-ci venoient d'entendre, les autres alloient chercher leur réponfe.

Nous entrâmes dans la foule, je perdis l'heureux Ariftée : déja il avoit embraffé fa Camille, & moi je cherchois encore ma Thémire.

Je la trouvai enfin. Je fentis ma jaloufie redoubler à fa vue, je fentis renaître mes premieres fureurs. Mais elle me regarda, & je devins tranquille. C'eft ainfi que les dieux renvoient les fu-

Non semel abrasum adverti ; nisi Thyrsis, id ausus
Quis foret ? at pœnas fœdo mihi sanguine solvet.
Interea ad sacrum lassi pervenimus antrum,
Reddit ubi ambiguis haudquaquam oracula verbis
Ipsa Venus ; quæ turba frequens huc itque, reditque,
Turbato pelago velut unda supervenit undam:
Vidit Aristæus quum solam errare Camillam;
Prensatis turbam manibus se proripit extra.
Obvia fit Themiris demum mihi ; suscitat iram
Visa ; sed ut propius teneris me adspexit ocellis,
Ira cadit, celeri redit in mea corda volatu
Primus amor, pectusque Ætnæis ignibus urit.

furies, lorsqu'elles sortent des enfers.

O dieux! me dit-elle, que tu m'as coûté de larmes! Trois fois le soleil a parcouru sa carriere; je craignois de t'avoir perdu pour jamais : cette parole me fait trembler. J'ai été consulter l'oracle. Je n'ai point demandé si tu m'aimois: hélas! je ne voulois que savoir, si tu vivois encore. Vénus vient de me répondre que tu m'aimes toujours.

Excuse, lui dis-je, un infortuné qui t'auroit haïe, si son ame en étoit capable. Les dieux, dans les mains desquels je suis, peuvent me faire perdre la raison: ces dieux, Thémire, ne peuvent pas m'ôter mon amour.

La cruelle Jalousie m'a agité, comme dans le Tartare on tourmente les ombres criminelles. J'en tire cet avantage que je sens mieux le bonheur qu'il y a d'être aimé de toi, après l'affreuse situation où m'a mis la crainte de te perdre.

Viens donc avec moi, viens dans ce bois solitaire: il faut qu'à force d'aimer j'expie les crimes que j'ai faits. C'est un grand crime, Thémire, de te croire infidelle.

Jamais les bois de l'Elysée que les dieux

Quot miseræ lacrymis absentia constitit, inquit,
Hesperio auratum ter mersit in æquore currum,
Et rutilus toties undis emersit Apollo,
Absentem quum te jugi desidero fletu;
Visuram nunquam pavido te corde timebam.
Hoc ego dum tantum pronuncio, deficit imo
Pectore cor, animusque affecto corpore languet.
Consului Veneris demens oracula, non jam
Diligeres si me, at vitæ, quæ carior ipsis
Est oculis, ternæ an truncassent stamina Divæ.
Ast ego demissis oculis, facieque rubenti,
Excuses, odium si posset corde potiri,
Odissem, sanam si mentem iratus, amorem
Juppiter haud Themiris poterit mihi vellere: sævum
Armatum glacie Numen me torsit in antro,
Ut miseros torquent sontes Phlegetonte nefastæ
Eumenides; nunc sorte mea mage gaudeo, grati,
Quem timui extinctum, Themiris quod certus amoris,
Atque aucto tantum dein crimen amore piabo.
Sit scelus infidam Themirim reputasse nefandum.
Relligione sua, qui consitus undique sacris

dieux ont faits exprès pour la tranquillité des ombres qu'ils chérissent : jamais les forêts de Dodone, qui parlent aux humains de leur félicité future ; ni les jardins des Hespérides, dont les arbres se courbent sous le poids de l' or qui compose leurs fruits, ne furent plus charmans que ce bocage enchanté par la présence de Thémire.

Je me souviens qu'un satyre, qui suivoit une nymphe qui fuyoit toute éplorée, nous vit, & s' arrêta. Heureux amans ! s' écria-t-il ; vos yeux savent s' entendre & se répondre, vos soupirs sont payés par des soupirs ! Mais moi, je passe ma vie sur les traces d'une bergère farouche ; malheureux pendant que je la poursuis, plus malheureux encore lorsque je l' ai atteinte.

Une jeune nymphe, seule dans ce bois, nous apperçut & soupira. Non, dit-elle, ce n' est que pour augmenter mes tourmens, que le cruel Amour me fait voir un amant si tendre.

Nous trouvâmes Apollon assis auprès d' une fontaine. Il avoit suivi Diane,

qu'un

Arboribus libeat lucum hunc intrare, nec almis
Elysiis optemus amœna vireta, beatos
Credimus æternam justos ubi vivere vitam;
Dodonæ silvas ubi non obscura loquaces
Æris tinnitu reddunt Oracula quercus,
Hesperidumque hortos, ubi curvos aurea ramos
Poma gravant, vigili quæ custodita draconi.
Hic sudore madens pavidam per devia vallis,
Et montis Satyrus fugientem præpete Nympham
Dum pede persequitur, quum nos conspexit euntes,
Conjunctis manibus tenero sermone loquentes,
Sponte gradum sistit subito, suspiriaque imo
Corde trahens, ait; o vos terque quaterque beatos,
Fata benigna frui queis mutuo amore dederunt.
Nymphæ addixerunt miserum me læva feroci
Tigre magis, fœtis ursa, Libycaque leæna.
Nil ago, currentem licet assequar, atque prehendam.
Sola gemens alibi, quæ post carecta latebat,
Exclamat dein Nympha, parem cur invida tristi
Fata negant sortem, dirum cui corde dolorem
Accrescit, renovatque aliorum visa voluptas?
Dianæ comites, damas dum figere certis
Ictibus in silva cum Nymphis illa vacabat,
Ad salientis aquæ fontem conspeximus omnes

qu'un daim timide avoit ménée dans ces bois. Je le reconnus à ses blonds cheveux, & à la troupe immortelle qui étoit autour de lui. Il accordoit sa lyre: elle attire les rochers; les arbres la suivent, les lions restent immobiles. Mais nous entrâmes plus avant dans les forêts, appellés en vain par cette divine harmonie.

Où croyez-vous que je trouvai l'Amour? Je le trouvai sur les levres de Thémire; je le trouvai ensuite sur son sein: il s'étoit sauvé à ses pieds; je l'y trouvai encore: il se cacha sous ses genoux; je le suivis; & je l'aurois toujours suivi, si Thémire toute en

pleurs,

Pierides, medio stat Phœbus, dulce canentes,
Pulsantesque lyras, concentum saxa sequuntur,
Incurvis plantæ ramis, sævique leones.
Hos nil curantes alio properamus; opacis
Vestigare locis inter dumeta latentem
Mens erat, ambobus faveat qui dexter, amorem.
Conspecto tandem viridi, lætoque recessu,
Sedimus annosæ patulo sub tegmine quercus,
Gramineoque thoro, leni placidoque susurro
Per scrupos lente labentis margine rivi,
Dum silvæ frondes zephyri levis aura movebat.
Hic inventus amor, Themiris manantibus Hyblæ
Melle labris, Cyrni quæ tersa corallia vincunt;
Ad pectus subito fugit ille, interque papillas
Undantes, pelagi tumidi ceu fluctus, acerbis
Hesperidum similes carptis nunc arbore pomis;
Ad teretes volat inde pedes, latitatque sub ampla
Mox palla tutum se credens, insequor audax;
Candida genua petit, citus urgeo; denique pressus
Munitam sese, tutamque recepit in arcem
Vecte fores firmans, & me ne prosequar ultra,

Sin-

pleurs, Thémire irritée, ne m'eût arrêté. Il étoit à sa dernière retraite : elle est si charmante qu'il ne sauroit la quitter. C'est ainsi qu'une tendre fauvette, que la crainte & l'amour retiennent sur ses petits, reste immobile sous la main avide qui s'approche, & ne peut consentir à les abandonner.

Malheureux que je suis ! Thémire écouta mes plaintes, & elle n'en fut point attendrie : elle entendit mes prières, & elle devint plus sévère. Enfin je fus téméraire : elle s'indigna, je tremblai ; elle me parut fâchée, je pleurai;

elle

Singultu, precibus Themiris, lacrymisque fatigat.
Sisto gradum paullum suspensus, & hæreo; nido
Dum pullos servat, sic restat fixa propinquam
Aucupis haud metuens dextram, caput atra volucris.
Mox clamo demens: mihi cur vicina negatur
Meta voluptatum? temerarius irruo rursus
Ferratas dura properans quatere ariete valvas,
Viribus & totis irrumpere nitor in artem:
Arrigit at sese, subitaque excanduit ira.
E lacrymis versa scena, vultuque severo
Imperat audaci cæpto desistere: flammæ
Scintillas rubris oculis erumpere (a) vidi,
Arma manu cecidere, solo procumbo velut bos
Percussus sacro cultro, ceu fulmine stratus:
Jam crebro quatiebat anhelitus ilia motu,
Algenti sudore madentia membra tremebant,
Jam prope mors aderat, jam spiritus igneus artus
Linquebat, cœlo, descenderat unde, coruscum
Mox astrum repetens, sine pondere corporis, ala

Præ-

(a) Ut ex oculis Marii captivi Minturnis vidit erumpere Cymber missus ad eum jugulandum intonantis, *tune C. Marium occidere audes?*

elle me rebuta, je tombai, & je sentis que mes soupirs alloient être mes derniers soupirs, si Thémire n'avoit mis la main sur mon cœur, & n'y eût rappellé la vie.

Non, dit-elle, je ne suis pas si cruelle que toi; car je n'ai jamais voulu te faire mourir, & tu veux m'entraîner dans la nuit du tombeau.

Ouvre ces yeux mourans, si tu ne veux que les miens se ferment pour jamais.

Elle m'embrassa: je reçus ma grace, hélas! sans espérance de devenir coupable.

Fin du Temple de Gnide.

Com-

Præpete, descendens vel non invitus ad almos
Elysios pota infaustum ne volvat amorem
Ingratæ Themiris lethæi gurgitis unda:
Blanda premens pectus Themi[illegible]
promptam
Oppportuna tulisset opem, solatur amicis
Dein verbis; mihi non admorunt ubera tigres,
Non pectus vallat, non cor marpessia cautes,
Te siccis oculis morientem ut cernere possim!
In nigram potius tu me Styga trudere, septo
Virgineum tentas horto dum carpere florem.
Vive tuæ Themiris certus, dum vivet, amoris;
Inter & amplexus, & basia mille benigna
Audaci veniam sceleri dat fronte, sed eheu
In Themirim de vi, dum vivam, criminis expers
Mens erit, optatam sine spe contingere metam.

F I N I S.



Quod

Comme la piece suivante m'a paru être du même auteur, j'ai cru devoir la traduire & la mettre ici.

UN jour que j'errois dans les bois d'Idalie avec la jeune Céphise, je trouvai l'Amour qui dormoit caché sur des fleurs, & couvert par quelques branches de myrthe qui cédoient dou-

ce-

Quod ſequitur poema[illegible] [illegible]
Græco a Monteſq. tributum edendum
duximus ſub titulo *Amoris Dormientis*.

DUm nemus Idalium, dulci comitante Cephiſa,
Curarum vacuus peragrarem mane ſereno,
Graminea ſtrata, per ſcrupos lene fluentis
Ad rivi ripam, patulo ſub tegmine lauri,
Floribus hinc ſparſis, & myrti frondibus illinc,
Extinctis facibus, fervet queis pectus Amantum,
Nec procul abjectis pharetris, arcuque; frequenti
Telorum jactu laſſum, ſudore madentem
Suſpenſi ſomno immerſum ſpectamus Amorem.
Solus erat, longe Geniorum turba vagatur,
Quos ex Segnitie genuerunt Ocia; Riſus,
Hinc aberantque Joci; per prata virentia late
Pars nitidos flores, & fraga rubentia carpunt;
Ille canit, ſaltatque; leves hic inflat avenas;
Papilionem alius volitantem, ſive locuſtam
Prendere ſaltantem tentat; digitiſque micantes
Par impar alii ludunt; pictave papyro
Qui primus jactis poſt multa pericula talis,
Anſeribus vectus, qui clymactericus ingens,

Per-

cement aux haleines des Zéphirs. Les Jeux & les Ris, qui le ſuivent toujours, étoient allé folâtrer loin [illegible] j'avois l'Amour en mon pouvoir ; ſon arc & ſon carquois étoient à ſes côtés ; & ſi j'avois voulu, j'aurois volé les armes de l'Amour. Céphiſe prit l'arc du plus grand des dieux : elle y mit un trait, ſans que je m'en apperçuſſe, & le lança contre moi. Je lui dis en ſouriant : prends-en un ſecond ; fais-moi une autre bleſſure ; celle-ci eſt trop douce. Elle voulut ajuſter un autre trait ; il lui tomba ſur le pied, & elle cria doucement : c'étoit le trait de plus peſant qui fût dans le carquois de l'Amour ! Elle le reprit, le fit voler ; il me frappa, je me baiſſai : Ah ! Céphiſe, tu veux donc me faire mourir ? Elle s'approcha de l'Amour. Il dort profondément, dit-elle ; il s'eſt fatigué à

lan-

Percurrat spiræ numerum; vel arundine longa
Hac illac cursant equitantes agmine facto;
Abscondunt alii se post careċta, vel antris,
Ut vestigantes socios deludere possint:
Aëre, jacto illinc Capita asse, aut Navia dicunt;
Signato satagunt spatio subvertere jacta
Hinc nuce castellum, quo nux tribus una superstat.
Auscultat vetulam, longis cum dentibus Orci
Narrantem pronis fabellas auribus unus;
Arguti brutos alter Phrygis ore loquentes.
Circumstant plures velatum lumina vittis,
Aufugiuntque citi pulsantes tergus, eandem
Nam subeunt capti pœnam, cæcique vicissim,
Pulsantur: resonant festivo murmure valles.
Coryto, pharetris, tensoque Cupidinis arcu
Pro libitu poteram, nullo prohibente, potiri.
Illa Cephisa capit ridens, arcumque tetendit,
Auratumque aptans telum in me dirigit ictum,
Corque ferit; potius, vulnus tam dulce, titillat:
Me feriat rursus tam dulci vulnere posco.
Coryto gravius telum capit, excidit illi
E manibus, feriitque suum male provida talum.
Hei mihi! disperii, clamat, telumque resumens
Scitula Venatrix tenso in me conjicit arcu;
Ast ego deflexo vitavi corpore telum.
Sopitum propius dein quum spectaret Amorem;

lancer ses traits. Il faut cueillir des fleurs, pour lui lier les pieds & les mains. Ah! je n'y puis consentir; car il nous a toujours favorisés. Je vais donc, dit-elle, prendre ses armes, & lui tirer une flèche de toute ma force. Mais il se réveillera, lui dis-je. Eh bien! qu'il se réveille: que pourra-t-il faire que nous blesser davantage? Non, non; laissons-le dormir; nous resterons auprès de lui, & nous en serons plus enflammés.

Céphise prit alors des feuilles de myrthe & de roses. Je veux, dit-elle, en couvrir l'Amour. Les Jeux & les Ris le chercheront, & ne pourront plus le trouver. Elle les jetta sur lui; & elle rioit de voir le petit dieu presqu'enseveli. Mais à quoi m'amusai-je, dit-elle? Il faut lui couper les aîles, afin qu'il n'y ait plus sur la terre d'hommes volages; car ce dieu va de cœur en cœur, & porte par-tout l'inconstance. Elle prit ses ciseaux, s'assit; &, tenant d'une main le bout des aîles dorées de l'Amour, je sentis mon cœur frappé de crainte. Arrête, Céphise. Elle ne m'entendit pas. Elle coupa le sommet des aîles de l'Amour, laissa ses ciseaux, & s'enfuit.

Lorsqu'

Terra, ait, æquoribus, Cœlo, Phlegetonte
sub ipso
Floribus intextis libeat vincire Tyrannum:
Ne facias, ajo, si nobis faustus, inuri
Ingrati ne fronte nota nos Urbe velimus.
Inde ferire suis tentat male sana sagittis:
Ne facias, clamo, vigil irascetur; at illa
Nos iterum feriat, patet armis pectus; id
opto.
Floribus, & myrti sopitum fronde tegamus,
Ut comites Genii redeuntes, undique circum
Spectantes, illo non apparente, liquentem
Præpetibus credant volitasse per aëra pen-
nis,
Delusique volent ipsi, solumque relinquant.
Sed sector quid vana? Juvet præcidere pen-
nas,
Ne volet inconstans nunc hac, nunc devius
illac,
Pectora pro libitu feriens: sententia menti
Hæc sedet, & zona fulgentes extrahit ictu
Forficulas oculi; facinus prohibere nequivi
Sacrilegum; gelido nam pectore genua tre-
mebant.
Auratos pennarum apices festina recidit,
Et vigilem metuens, vertit cita terga reli-
ctis
Forficulis, facinus sana grave mente volu-
tans.

Ni-

Lorſqu'il ſe fut réveillé, il voulut voler; & il ſentit un poids qu'il ne connoiſſoit pas. Il vit ſur les fleurs le bout de ſes aîles; il ſe mit à pleurer. Jupiter, qui l'apperçut du haut de l'Olympe, lui envoya un nuage qui le porta dans le palais de Gnide, & le poſa ſur le ſein de Vénus. Ma mère, dit-il, je battois de mes aîles ſur votre ſein; on me les a coupées: que vais-je devenir? Mon fils, dit la belle Cypris, ne pleurez point; reſtez ſur mon ſein, ne bougez pas; la chaleur va les faire renaî-

tre.

Nititur excusso volitare per aëra somno
Remigio alarum, nec strato membra moventur,
Et grave sentit onus, præcisas denique pennas
Advertit Puer: In lacrymas prorumpit amaras:
Juppiter e summò fletus audivit Olympo,
Et liquidum pueros gestare per aëra suetam
Mox Aquilam adlegat; levis hæc volat ocyor Euro;
Non rostro puerum, non arripit ungue retorto,
Subjicit at clunes, dorsumque, Cupidine collum
Amplectente: tulit centum ad suffulta columnis
Tecta Gnidi, mira Veneri quæ uxorius arte
Mulciber extruxit, fabris Cyclopibus, illa
Nondum irretita mœcho cum Marte, Parentis
Deposuitque sinu flentem, Matercula, spissos
Singultusque inter clamantem, disperii eheu!
Qui miser excisis vivam, Matercula, pennis?
Ludibrium Terra factum Mortalibus, alto
Quem superi metuere Polo; nostra, excidit ensis
E manibus, pharetra, furiato sæpe Gradivo;
Neptunoque tridens; ferri semel harpago Diti;
Fulmina Divorum Patri persæpe Tonanti;
Et tibi surripui volitans fatale sub Ida
Quæsitum pomum, Phryge Judice, Pallade forti,

tre. Ne voyez-vous pas qu'elles ſont plus grandes? Embraſſez-moi: elles croiſſent: vous les aurez bientôt comme vous les aviez; j'en vois déja le ſommet qui ſe dore: dans un moment...... C'eſt aſſez: volez, volez, mon fils. Oui, dit-il, je vais me haſarder. Il s'envola; il ſe repoſa auprès de Vénus, & revint d'abord ſur ſon ſein. Il reprit l'eſſor; il alla ſe repoſer un peu plus loin, & revint encore ſur le ſein de Vénus. Il l'embraſſa; elle lui ſourit: il l'embraſſa encore, & badina avec elle; & enfin il s'éleva dans les airs, d'où il regne ſur toute la Nature.

L'Amour, pour ſe venger de Céphiſe, l'a rendue la plus volage de toutes les

Et Junone Jovis germana, & conjuge victis.
Excidit & manibus cum cœlo malleus Ætnæ
Vulcano: Alcidem sileam sub pelle leonis
Ad Joles nutum posita quum pensa trahebat
Ancillas inter clava, plebemque minorum
Divorum, agricolæ faciunt queis rure patella,
Sub dio, nullis, ara de cespite, templis:
Deludent miserum nunc, excipientque cachinnis.
At lacrymas Mater dum tergit, & oscula figit,
Blanditur Puero, & verbis solatur amicis:
Ne dubita, crescent, longo nec tempore, pennæ.
Cernis inauratos cæsarum crescere sensim
Hinc illinc pennarum apices, summumque cacumen?
Quam primum, gemitus cohibe, volitare licebit.
Paullatim pennas movet ille, atque explicat alas,
Jam volat, auratæ haud ultra laquearia cellæ,
Et redit ad Matrem, dein caligante fenestra
Longius, at subito redit ad fastigia tecti:
Evolat e nido sic primum matre magistra,
Natura potius, pavidis passerculus alis.
Securus volitat tandem trans nubila vastum
Per Cœlum, pelagus, terras, sua Regna, per Orcum,
Et rabie demens, quicunque sit obvius, instar,
Grandine telorum densa ferit, Andabatarum.
Hæserat at memori cæsarum injuria menti
Pennarum; versata diu gravis ultio; læso
Hac Puero tandem sententia fixa, Cephisam
Instabilem reddat, Me primum impubis amavit

belles. Il la fait brûler chaque jour d'une nouvelle flamme. Elle m'a aimé; elle a aimé Daphnis; & elle aime aujourd'hui Cléon. Cruel Amour, c'est moi que vous punissez! Je veux bien porter la peine de son crime : mais n'auriez-vous point d'autres tourmens à me faire souffrir?

FIN.

Dein Daphnim, fœdum nunc deperit illa Cleonem,
Cras alium, cujus quoque mox tædebit; in arvo
Flantibus haud aliter ventis agitatur arundo.
At me dura premit, non ſontem pœna Cephiſam;
Conſulis haud quaquam Themidem, maleſane Cupido.
Plectere ſi ſtatuas alienum ob crimen iniquus,
Inſontem e longo ſaltem me mitior angat
Pœna ſatellitio, quod te comitatur ubique,
Quod duce Tiſiphone, ſtygiis erupit ab antris.

FINIS.



[illegible]

